UNIVERSITÄTS
BIBLIOTHEK
WUPPERTAL

BERGISCHE
UNIVERSITÄT
WUPPERTAL

# Universitätsbibliothek Wuppertal

## Aeli Donati qvod fertvr commentvm Terenti

### Donatus, Aelius

### Lipsiae, 1905

Commentum Hecyrae

**Nutzungsrichtlinien** Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.
Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

urn:nbn:de:hbz:468-1-1583

Visual Library

# DONATI
# COMMENTVM HECYRAE

*B* = cod. Vatic. Regin. lat. 1595 s. XIII (III 4, 16—V 2, 8).
*C* = cod. Oxon. Bodleian. Canon. lat. 95 s. XV.
*V* = cod. Vatic. Regin. lat. 1496 s. XV (*litterae inclinatae = man. 2[?] in ras.; v. praef. vol. I p. XI*).

---

*D* = cod. Dresd. Dc. 132 s. XV.
*L* = cod. Leid. Voss. lat. Q. 24 s. XV.
*dett.* = *DL*.
*G* = cod. Vatic. Regin. lat. 1673 s. XV (*man. 2 Graeca suppl.; v. praef. vol. I p. XXIII*).

---

*cod. Cuiacii*
*cod. Hulsii* } *v. praef. vol. I p. XVI—XVII.*

---

*schol. Ricc.* = scholia marginalia cod. Riccard. 528 Terenti.

---

| | | |
|---|---|---|
| *ed. pr.* | = | editio princeps Veneta s. a. (Vindelini Spirensis). |
| *ed. Med.* | = | „ Mediolanensis 1476 (Antonii Zaroti). |
| *Calph.* | = | „ Calphurnii Taruisiana 1477. |
| *Steph.* | = | „ Rob. Stephani Parisina 1536. |
| *Lindenbr.* | = | „ Frid. Lindenbrogii Francofurt. 1623. |
| *Westerh.* | = | „ A. H. Westerhovii Hagana 1726. |
| *Klotz* | = | „ R. Klotzii Lipsiensis 1840. |

---

*W.* = Wessner.

**** *lacunam significat.*

# HECYRA

## PRAEFATIO

### I.

HECYRA EST HVIC NOMEN FABVLAE HAEC CVM DATA EST.

1 Haec fabula Apollodori dicitur esse Graeca, nam et ipsa et Phormio ab eodem dicuntur esse translatae, cum reliquae quattuor sint Menandri comici. Hecyra autem dicitur ideo, quia per socrus et soceros in ea aguntur multa; nam et ἑκυρός et ἑκυρά soceri nomen socrusque significant.

2 est autem mixta motoriis actibus ac statariis.

3 multumque sententiarum et figurarum continet in toto stilo. unde cum delectet plurimum, non minus utilitatis affert spectatoribus.

4 atque in hac primae partes sunt Lachetis, secundae Pamphili, tertiae Phidippi, quartae Parmenonis et deinceps aliarum personarum, quae his adiunctae sunt.

4* diuisa est autem, ut ceterae, quinque actibus legitimis, quos in subditis distinguemus.

5 in hac prologus est et multiplex et rhetoricus nimis, propterea quod saepe exclusa haec comoedia diligentissima

1 *paragraphi in primis praefationum capitibus sibi invicem respondent* | Hechira *V*, Echira *C* | EST *om. C* ‖ 2 haec ⟨cum⟩ *CV*, *corr. Reiff.* | fabula *om. V* | apollodoro *C* ‖ 4 Menandri *om. C* | hechira *V*, echira *C* ‖ 6 hecyros et hecyra *V*, echiros et echira *C* ‖ 8 mixta] mconcte *ut vid. C*; μικτή *Schoell* ‖ 9 ⟨multum⟩ figurarum *C* ‖ 11 affer *C* ‖ 12 prima sunt partes *C* ‖ 13 phidappi *C* ‖ 14 adiunte sunt *ex corr. C* ‖ 15 diuise (*om.* est) *C* ‖ 16 quod *C* ‖ 17 est *om. C* | et *2.*] q2 *C*

defensione indigebat. atque in hac πρότασις turbulenta est, ἐπίτασις mollior, lenis καταστροφή.

6 acta sane est ludis Megalensibus S. Iulio C. Rabirio aedilibus curulibus egitque L. Ambiuius. modulatus est eam Flaccus Claudi tibiis paribus. tota Graeca est, facta et edita quinto loco Cn. Octauio T. Manlio consulibus.

7 cantica et deuerbia summo in hac fauore suscepta sunt.

8 προτατικὰ πρόσωπα, id est personae extra argumentum, duae sunt, Philotidis et Syrae.

9 in tota comoedia hoc agitur, ut res nouae fiant nec tamen abhorreant a consuetudine: inducuntur enim beniuolae socrus, uerecunda nurus, lenissimus in uxorem maritus et item deditus matri suae, meretrix bona.

## II.

Vitiatam in tenebris ante nuptias, cui anulum extorserat, meretricem amans dum ignorat Pamphilus, duxit uxorem grauidam ex compressu suo. quam peregre profectus cum reliquisset domi, rediens parientem offendit furtim et apud matrem suam. qua re commotus dum repudium inuitis parentibus et causam repudii nescientibus parat, per meretricem, apud quam anulus inuentus est, cognoscit tandem et a se uitiatam uxorem et ex se natum filium.

1 protasis *C*, prothasis *V* ‖ 2 est *om.* *C* | epithasis *V*, ectasis *C* | catastropha *V*, KAtastropha ⟨est⟩ *C* ‖ 3 S. *in ras.* *V*, Sexto *C* | Iulio] tullio *C* ‖ 4 aed · cur · *V* | ambibius *C*, ambinius *V* ‖ 5 claudius *codd., corr. Klotz* | paribus] tribus *C* ‖ 6 Gneo *C* | T. Manlio] t͠ · *C* | cons · *V*, consu · *C* ‖ 8 de urbi a *C* ‖ 9 *προτακτικα προσωπα* $G^2$ (*ed. pr.*), *προτακτικαὶ* $V^2$, ****** *C* ‖ 11 hoc] hec *C* ‖ 13 uerecundia *C*, -dae *schol. Ricc.* ‖ 14 suae] filius *schol. Ricc.* ‖ 15 *hoc argumentum senariis olim compositum, deinde in prosam orationem redactum esse suspicati sunt Sabbadini 'Bollet. di filol. class.' I (1894) p. 20, Smutny Diss. philol. Vindob. VI (1898) p. 101* ‖ 18 ostendit *C* ‖ 19 et] qꝛ *C* ‖ 21 paret *C* ‖ 22 et *1.*] qꝛ *C*

## III.

1 Primus actus colloquium continet meretricis Philotidis ac lenae Syrae cum Parmenone, ut per harum personas, quae *προτατικαί* dicuntur, argumentum spectator addiscat (*sc. 1 et 2*).

2 secundi actus tenor in hoc est: immeritam uxorem ueluti malam socrum accusat Laches (*sc. 1*) et conuenit Phidippum de eadem causa (*sc. 2*), statim post quorum colloquium Sostratae inducitur conquestio, quod falsum crimen inuidiosumque sustineat (*sc. 3*).

3 tertio actui haec ascribuntur: conquestio Pamphili peregre redeuntis de amore suo circa uxorem (*sc. 1*), partitudo Philumenae, Sostratae uerba super aegritudine nurus, quam morbo credit afflictam (*sc. 2*), fletus Pamphili errantis, cum putat non ex se filium natum esse (*sc. 3*), colloquium Parmenonis cum pueris a naui uenientibus et mox cum ipso Pamphilo, a quo in arcem mittitur (*sc. 4*), item Lachetis Phidippique et Pamphili uerba de reconcilianda illi coniuge et eorundem inuicem litigiosa dissensio (*sc. 5*).

4 quartum actum haec complent: perturbatio Myrrinae ex interuentu mariti et eiusdem cum eo nimis callida ac muliebris astutiae disceptatio (*sc. 1*), Sostratae Pamphili Lachetisque colloquium (*sc. 2 et 3*), inclamatio patris et soceri aduersum Pamphilum uxorem recusantem (*sc. 4*), conuentio meretricis promittentis se iusiurandum

1 actus *om.* *C* | colloquii *C* ‖ 2 personās *V* ‖ 3 *προτακτικα* $V^2$ (*προτατικά ed. pr.*), * * * * * *C* | dicuntur *D*, dicitur *rell.* | addiscat *Lindenbr.* (*ex cod. Cuiacii?*): adiscat *C*, discat *rell.* ‖ 7 quarum *C*, quårum *V* ‖ 8 colloquio *C* | conquestio inducitur sostratae *V* (*dett.*) ‖ 11 redientis *C* | parṭitudo *V* ‖ 12 aegritudinem *C* (*dett.*) ‖ 13 fletum *V* ‖ 14 cum putat] computat *C*; quoniam putat *Reiff.* ‖ 16 et mox *cod. Cuiacii*, ut mox *C*, ut mox ⟨loquantur⟩ *V* (*dett.*) ‖ 18 eorundem] eorum *Reiff.* | ⟨ab⟩ inuicem *C* (*Steph.*) ‖ 19 dissentio *D*, discensio *L*, discessio *CV* ‖ 24 aduersus *C* ‖ 25 conuentione *C* (*dett.*), -nem *V*; *corr. Steph.* | ⟨in⟩ promittendis *C*

matronis exhibituram de non admisso ad se Pamphilo (*V sc. 1 et 2*).

5 in quinto actu Bacchidis narratio de intus gestis et colloquium cum Parmenone inducitur, quem nuntium mittit ad Pamphilum (*sc. 3*), Pamphilique ad ultimum actio gratiarum apud ipsam Bacchidem (*sc. 4*).

6 Docet autem Varro neque in hac fabula neque in aliis esse mirandum, quod actus impares scaenarum paginarumque sint numero, cum haec distributio in rerum discriptione, non in numero uersuum constituta sit, non apud Latinos modo, uerum etiam apud Graecos ipsos.

---

## PROLOGVS

### I.

*1* **1** 1 HECYRA EST HVIC NOMEN FABVLAE a nomine coepit, ut incognitam probaret et ideo spectandam. 2 HECYRA EST H. N. F. nominatiuo casu figurauit, cum in usu sit, ut datiuo dicamus. quamuis praesto sint exempla, quibus ueteres per omnes fere casus hoc genus locutionis enuntiabant. 3 HECYRA EST H. N. F. haec primo data est sine prologo ludis Megalensibus, quos Sextus Iulius et Cornelius Dolabella ediderunt, sed occupato populi studio ⟨in⟩ funambulis displicuit. post denuo data est ludis funebribus L. Aemilii Pauli, quos fecerunt Q. Fabius Maximus et Cornelius Africanus. tunc quoque non peracta est per studium populi circa gladiatores. tertio ad postremum introducta Q. Fuluio L. Marcio aedilibus uir-

3 intus *Steph.*: tertiis *C*, nuptiis *V* (*dett.*) ‖ 8 actus imparii tenarumque poganarumque fuit numero cum cum hec *C* ‖ 10 discriptione *L*, descriptione *V*(*D*), -nẽ *C* | sint *C* ‖ 13 Echira (*sic semper*) *C* ‖ 14 h · e · n · f · *V* ‖ 15 sunt *C* ‖ 16 ferme *C* ‖ 18 sex · iulius *V* ‖ 20 in *add. W.* | funabulis *V*, -li *C* | post denuo *Goetz et Schoell*: postremo *codd.* ‖ 22 max · *V* ‖ 24 intro ⟨tribunorum⟩ data *C* | martio *CV*

tute actoris L. Ambiuii Turpionis est commendata. 4 HECYRA EST H. N. F. totus hic prologus subtilem conquestionem continet ob hoc, ne aperte populum neglectae fabulae reum faciat et facile reuocet in fauorem. 5 HAEC CVM DATA EST NOVA ita dicitur 'data est fabula', ut 'data cena est' et 'datum est prandium'. *et edidit a dato descendit.* 6 HAEC CVM DATA EST NOVA NOVVM INTERVENIT sic et Homerus (*Od. XXIV 40*) 'κεῖσο μέγας μεγαλωστί, λελασμένος ἱπποσυνάων'. 7 *Et* dari dicitur fabula cum agitur, stare cum placet. 8 HAEC CVM D. E. N. N. I. V. σύλληψις prima: deest enim 'huic'. et est figura παρονομασία 'noua nouum'.

*2* 2 1 VITIVM ET CALAMITAS bene secundum augures: 'uitium' enim est, si tonet tantum, 'uitium et calamitas' uero, si tonet et grandinet simul uel etiam fulminet. 2 VITIVM ET CALAMITAS 'uitium' translatio ab augurio, ut uitio creati consules dicuntur. 3 Calamitas παρὰ τὴν καλάμην dicitur, clades quia clam datur, ut aliud sit grandinis culmum frangentis, aliud furti aut doli mali. sic Probus.

*3* 3 1 VT NEQVE SPECTARI 'uitium' quod non spectata est, 'calamitas' quod non cognita. 2 VT NEQVE SPECTARI NEQVE COGNOSCI mira defensio, siquidem non iudicio co-

1 actorum ambunorum · L · turpionis *C*, actorum l. ambini et l. turpionis *V* (*dett.*), *corr. Klotz* ‖ 3 neclecte *C*, non lectae *V* (*dett.*) ‖ 4 rerum faciant *C* | reuocent *C*, reducat *schol. Ricc.* ‖ 5 NOVA — 6 datum est *om. C* | et *2.*] q2 *C* | edita a data *Westerh.*, edit a dat *Schoell* ‖ 8 sic *om. C* | κετωμετασ μετμεσση (μετμωση *t. Wissowa*) λεμμενος ιττηναων $G^2$, ****** *rell.* ‖ 9 Et *om. C* ‖ 10 CVM — V. *om. C* ‖ 11 i. ᵘ· *V* | silempsis *V*, silepsis *C* | enim deest *C* | est *om. C* ‖ 12 παρονομασία $V^2$ (par- *dett.*), **** ά *C* ‖ 13 cala *C*; *sic et* 16 *et* 17 | auguris *C* ‖ 15 uero *om. C* ‖ 16 translatum ⟨est⟩ *V* (*dett.*) | ut *W.*: et *codd.* ‖ 17 dicuntur consules *V* (*dett.*) | παρὰ τὴν καλάμην $V^2$, **** ita *C* ‖ 18 clam datur *W.*: clamatur *codd.*; κλάδοις datur *Westerh.* ‖ 19 furtim *C* | aut *L*, ut *rell.* | doli malis *C*, ⟨in⟩ doli (-is *dett.*) malis *V* (*dett.*) ‖ 21 VT — cognita *om. V* | SPECTARI] s · *C* | non] enim *C* ‖ 22 calamitas *dett., schol. Ricc., om. C* ‖ 23 COGNOSCI] co · *C*

moedia exacta est, sed spectari cognoscique non potuit, placitura scilicet si audiretur. 3 VT NEQVE SPECTARI NEQVE COGNOSCI ideo theatrum, ideo spectatores, ideo actores, quia maior pars in gestu est quam in uerbis.

v. app. p. 510 4 COGNOSCI uel probari uel sciri †an Hecyra dicatur hoc est quae sit omnino†.

*4* **4** 1 ITA POPVLVS STVDIO STVPIDVS a deriuatione causae: non quia mala est, inquit, exclusa est, sed quia populus funambuli admiratione obstupuit, quod infra de gladiatoribus dicet ad commutationem causae inducendam.

2 ITA POPVLVS ⟨STVDIO⟩ STVPIDVS hic excusatur et populus, qui neque iudicauit de fabula neque tamen stulte errauit. 3 STVPIDVS pro 'stupens', ut (*Verg. Ecl. VI 20*) 'timidisque superuenit Ae.'

*5* **5** PRO NOVA recte: iam enim non est noua.

*6* **6** ET IS QVI SCRIPSIT HANC OB EAM REM id est ob eam causam, quasi dicat: non iterum acta est sine causa. cur ergo non post funambulum relata est, si ille cessarat? an quia maluit auarum poetam inducere quam suo operi diffidentem?

*7* **7** 1 ITERVM REFERRE ⟨'re'⟩ superuacuum est. 2 VT POSSET ITERVM VENDERE aliis scilicet ludis. *hoc, ut diximus (ad v. 6), ad laudem fabulae refertur, postquam tantum fiduciae poetae dedit.*

*8* **8** ALIAS COGNOSTIS EIVS QVAESO HANC NOSCITE mire

1 sed *W.*: si *codd.* | cognosci spectarique *V* | potuerit *codd.* (*cf. Ter.*), *corr. W.* ‖ 2 placitura *cod. Cuiacii*, cognitura *rell.* | audirēt *C* ‖ 4 quia] et *V* (*dett.*) | est *om. V* ‖ 5 an echira dicatur hoc est quae sit omnino *C* (*cod. Cuiacii et Hulsii*), an hecyra sciri dicatur quae scita sit nomine *V* (*dett.*); *v. append.* ‖ 8 est *1. om. C* ‖ 9 funabuli *CV* | obstrepuit *C* ‖ 12 iudicabit *C* | tantum *C* ‖ 13 ut *om. C* ‖ 14 -que *om. C* | Ae.] s · C ‖ 16 qui scr · h · ob · e · r · *C* | id est — acta est *om. C* ‖ 17 sine] si *C* ‖ 18 non ergo *C* | funabulum *CV* | est *om. C* | si] ubi *Steph.* | illi *C* ‖ 19 an quia *Goetz et Schoell*: in qua (-am *C*) *codd.* | poeta *codd., corr. ed. pr.*; populum *add. V* (*dett.*) ‖ 21 re *add. W.*; aut 'iterum' aut 're' *Schoell* ‖ 23 referuntur *C* ‖ 25 cognoscis *C*, -scitis *V* (*D*) | e · q · h · *C* | cognoscite *V* (*dett.*), c · *C*

illi fauorem ex aliis petit, quae spectatori notae sunt eiusdem poetae, quasi haec omnino ⟨non⟩ nota sit. at in Andria, quae omnium prima est, aliter: ait enim (*prol.* *25—26*) 'ut pernoscatis, ecquid spei sit reliquum, ⟨posthac⟩ quas faciet' etc.

## II.

*9* **1** 1 ORATOR AD VOS VENIO ORNATV PROLOGI magna arte hic prologus scriptus est et nimis oratorie, nam totiens expulsa fabula quomodo honeste reuocari potuit, nisi primo ipsa impudentia pro fiducia proferretur et deinde actor peritissimus ipse Ambiuius probaret et poetam et comoediam, cuius auctoritas elucet ex uerbis, tum deinde subtiliter nouo poetae a uetusto et magnae auctoritatis Caecilio peteretur exemplum et peteretur ingeniosissime? nam quod rudi Terentio contigit, dicit accidisse ueteri Caecilio, quod huic semel, illi saepe, quod huic in aliis numquam, hoc illi fere in omnibus, quod huic Hecyra exacta probatae sunt ceterae, illi partim exactae partimque uix probatae. itaque his omnibus argumentis id actum est, ut neque desperandum sit de Terentio, quod expulsus est, et nihilominus tantum illi attribuendum sit, ut aut par Caecilio, magno tunc poetae, aut ultra etiam melior esse possit. hic autem L. Ambiuius histrio fuit,

1 petiit *C*, petit (*ante* ex) *V* (*dett.*), (*ante* fauorem) *schol. Ricc.* ‖ 2 non *add. Klotz* ‖ 3 omnium *om. C* ‖ 4 et quid *C*, quid et *V* | sit spei *C* ‖ 6 ⟨cum⟩ ornatu *V* | p·⟨s·⟩ *C* ‖ 9 impudentia *D*, impr- *rell.* | profertur *C* ‖ 10 abibius *C*, habilius *V* | et *om. C* ‖ 11 cum deinde *V*, deinde et tum *C*; *corr. Steph.* ‖ 12 celi oporteretur (*in mg.* optaretur *m. 1*) *C* | et peteretur] fauor expeteretur *V* (*sim. dett.*) ‖ 14 dicit *cod. Cuiacii*, dum *C*, memoratur (*post* accidisse) *V* (*dett.*) | accidissime *C* | ueteris cecili *C* ‖ 16 hoc ille *C* ‖ 17 et acta ⟨et⟩ *codd.*, *corr. W.* | probata est (*om. C*) et cetere (cetera *L*, certa *VD*) *codd.*, *corr. Steph.* | partem *C* | exactae . . . probatae *Steph.*: exacta est . . . probata *V* (*dett.*), exactam . . . probatam *C*, *schol. Ricc.* ‖ 20 illi tantum *V* (*dett.*) ‖ 21 magno poete (*om.* tunc; *recte?*) *C*, *om. schol. Ricc.* ‖ 22 ambinius *V*

actor comoediarum. 2 ORATOR AD VOS VENIO oratorem audire oportere ius gentium est, oratorem non licet iniuriam pati. ideo ergo, ne expellatur, non se prologum sed oratorem nominat. Plautus (*Poen. I 2, 171*) ʽimpias, ere, te: oratorem uerberas'.

*10* **2** 1 EODEM VT IVRE VTI SENEM LICEAT ut (*Verg. Aen. V 350*) ʽme liceat casus miserari i. a.' 2 SINITE EXORATOR SIM ʽorator' est dum rogat, ʽexorator' cum impetrauerit: ita illud dicentis, hoc iam effectus significationem habet. 3 *Et* ʽorator' est, cui causa defendenda mandatur.

*11* **3** 1 QVO IVRE SVM VSVS ADVLESCENTIOR tamquam aliud agens affert exempla, quibus ostendat turpe non esse Terentio exclusam esse unam illius fabulam, cum multorum poetarum multae exactae sint et in his Caecili, cuius illo tempore magna auctoritas fuit. 2 ADVLESCENTIOR haec comparatio minus a positiuo sonat et uim diminutiuam exprimit, ut (*Verg. Aen. VI 304*) ʽiam senior, sed cruda deo u. q. s.'

*12* **4** 1 NOVAS QVI EXACTAS FECI VT INVETERASCERENT *σύλλημψις*. 2 *Et* INVETERASCERENT agerentur denuo, quia denuo acta n o u a dicitur fabula. 3 INVETERASCERENT in consuetudinem uenirent, spectarentur, amarentur. 4 EXACTAS expulsas.

*13* **5** NE CVM POETA SCRIPTVRA EVANESCERET causa facti honestior non se poetae unius sed ipsius poeticae causa laborare.

*14* **6** IN HIS QVAS PRIMVM CAECILI DIDICI NOVAS a simili

4 impia secrete *codd.* (= *Plauti codd. praeter A*) ‖ 6 VT] uti *C* ‖ 8 agat *C* | cum] dum *V* | impetrauerat *C* ‖ 9 hoc] hanc (i *supra* a) *V* | effectus *V*, affecti *C* ‖ 12 sum u· a· *C* ‖ 13 affer *C*, defert *V* (*dett.*) | quibus ostendat *om.* *C* (*recte?*) ‖ 14 Tertio conclusam *C* ‖ 19 deo *om.* *C* ‖ 20 EXACTAS — INVETERASCERENT *om.* *C* ‖ 21 *συλλημψισ* $G^2$ (*Steph.*), **** *CV* | denuo] dum *C* ‖ 22 denuo *W.*: dum *codd.*; nondum *Steph.* | acta ⟨est⟩ *V* (*dett.*) ‖ 25 uanesceret *V* ‖ 26 honestior ⟨est⟩ *V* (*L*) | poeticae *Schoell*: poete *C*, poematis *V* (*dett.*)

argumentum, quod fit per comparationem artificiosam et oratoriam rerum ac personarum.

15 **7** 1 PARTIM SVM EARVM uide plus esse in exemplo, siquidem partim exactae sunt Caecili fabulae, partim uix admissae, cum una Hecyra exclusa sit. et est sensus: aut displicui, inquit, aut aliquibus uix placui. 2 PARTIM SVM EARVM EXACTVS pro: in aliis aut dimidiis. et simul splendida locutio est. 3 PARTIM aduerbium est. 4 *Et* proprie locutus est, nam fabulae aut stare dicuntur aut exigi.

16 **8** QVIA SCIEBAM DVBIAM FORTVNAM non igitur poetae culpa sed casus est; nam ideo ⟨ad⟩ fortunam euentum rettulit.

17 **9** 1 SPE INCERTA CERTVM MIHI sententiose. 2 *Et* uerum, nam ubi certa spes est, nihil opus est labore certo ac uehementi. 3 SPE INCERTA pro 'spei incertae'. an deest 'in'? 4 INCERTA CERTVM honesta figura, quae *ἀνάκλασις* dicitur.

18 **10** 1 EASDEM exactas. 2 COEPI τὸ 'coepi' difficultatem facti et molimen ostendit. 3 AB EODEM Caecilio scilicet.

19 **11** 1 NOVAS STVDIOSE NE ILLVM AB STVDIO *παρόμοιον*. 2 NE ILLVM AB STVDIO ABDVCEREM iterum causa honestatis.

20 **12** 1 PERFECI VT SPECTARENTVR attende quantum pondus habeat, quod non 'feci' dixit sed potius 'perfeci', ut molem difficultatis ostenderet. 2 VBI SVNT ⟨COGNITAE⟩ PLACITAE SVNT nota participium sine uerbo.

21 **13** 1 ITA POETAM RESTITVI IN LOCVM mire non 'Cae-

1 sit *C* ‖ 4 exacta sint *C* ‖ 5 echiride conclusa *C* ‖ 6 aut in quibus *C* ‖ 7 ⟨et⟩ exactus *C* | timidis *codd., corr. Rabbow* ‖ 9 stare . . . agi *C*, agi . . . stare *V* (*dett.*), *corr. Hartman* ‖ 12 ad *add. Westerh.* ‖ 15 nam] natur& *C* ‖ 17 quae *om. C* ‖ 18 ΑΝΑ ΚΛΑCIC *cod. Cuiacii*, *ανακασισ* $G^2$, **** *CV*; *ἀντίθεσις Steph.* ‖ 19 cepit cepit *C*, coepi coepi *V* (*dett.*), *corr. W.* ‖ 20 et *om. C* ‖ 22 *παρόμοιον Lindenbr.* (*ex cod. Cuiac.?*): *περιφρασι* $G^2$, **** *rell.*; *an παρονομασία? cf. Andr. I 3, 13* ‖ 27 VBI SVNT] id est *C* ‖ 28 SVNT *om. V* | principium *V*

cilium' sed 'poetam', ut hoc generaliter populo praestitisse, non uni homini uideatur.

*20* **12** 3 VBI SVNT C. P. S. elegans promissio, et hanc placituram, si cognoscatur. et est coniectura a futuro tempore.

*21* **13** 2 RESTITVI IN LOCVM quia 'remotum' et exclusum dixit.

*22* **14** PROPE IAM REMMOTVM geminauit secundum antiquos, qui omnes in uerbis liquidas duplicabant.

*23* **15** 1 AB STVDIO ATQVE AB LABORE bene ostendit populo se profuisse Caecilium poetam ad laborem reuocando. 2 ATQVE ARTE M. 'ab' etiam in tertio commode audiendum est, ut (*Verg. Aen. I 427—29*) 'hic portus alii effodiunt, h. a. t. f. e. a. i. c. r. e., s. d. a. f.'

*24* **16** IN PRAESENTIA statim ut a populo eiciebatur.

*26* **18** VT IN OTIO ESSET POTIVS QVAM IN NEGOTIO ex ipsis rerum nominibus ostendit facilitatem deterrendi.

*28* **20** 1 NVNC QVID PETAM MEA CAVSA bene 'petam' et 'mea causa' quasi o r a t o r. 2 MEA CAVSA AEQVO ANIMO commendatio personae leuis per aliam personam grauem secundum praecepta in rhetoricis.

*29* **21** 1 HECYRAM AD VOS REFERO a causa principium narrationis inducitur. 2 HECYRAM AD V. R. principium a quaestione principali, an cognita sit et an spectanda sit. 3 QVAM MIHI a persona dicentis.

*30* **22** 1 ITA EAM OPPRESSIT CALAMITAS hoc succedit pro illo, quod est a persona aduersariorum. simul ad fortunam rettulit populi culpam; non enim dixit, quod praesto erat. 2 ITA EAM OPPRESSIT CALAMITAS EAM CALAMITA-

1 generaliter] communiter *schol. Ricc.* ‖ 3 p · c · s · *codd.* ‖ 4 est *om. C* ‖ 5 et] id est? ‖ 7 remotum *C* (*dett.*), ammotum *V* | geminauit ⟨M⟩ *Steph.* ‖ 9 ostendit bene *C* ‖ 10 se populo *V* | Caecilium *Steph.*: ceterum *codd.* | reuocatum *C*, -asse *schol. Ricc.* ‖ 11 ARTE M.] artem *codd.* | ab etiam in tertio *W.*: habetur in tertio *V* (*dett.*), in tertio habetur *C* | commode *L*, -te *rell.* ‖ 14 eicebantur *C* ‖ 17 NVNC ] non *C* | MEA — bene *om. C* | et *om. V* ‖ 21 a causa — V. R. *om. C* ‖ 23 principali quaestione *V* (*dett.*) ‖ 27 culpam populi *V* (*dett.*) ‖ 28 ita oppressit ea calamitas eam calamitatem *V*, ita op· ca· cam· *C*

TEM ‘calamitatem’ repetiit, ne nos fabulam dicere illum putaremus.

31 **23** VESTRA INTELLEGENTIA SEDABIT a iudicum persona.

32 **24** 1 NOSTRAE INDVSTRIAE rursus a sua. 2 *Et* bene περιφράσει usus est, ne diceret ‘uos . . nobis’.

33 **25** 1 CVM PRIMVM EAM AGERE COEPI iam hic narratio subtilis inducitur et ut non laedat populum et ut defendat poetam. 2 PVGILVM GLORIA περίφρασις ἀντὶ τοῦ ‘pugiles’. sed etiam gloriosi, ut minus turpe sit antelatos eos esse, sicut Vergilius (*Aen. V 368—70*) ‘magnis cum uiribus e. o. D. m. q. u. s. m. t., s. q. P.’ etc. *haec est gloria pugilum, gloria funambuli.*

34 **26** 1 ACCESSIT EXSPECTATIO narratio, cur exclusa sit: hanc non poetae culpa deiectam nec iudicio populi et ideo nunc admittendam.

33 **25** 3 PVGILVM GLORIA F. ⟨E.⟩ A. EXSPECTATIO πολυλογία: ‘pugilum gloria f. ⟨e.⟩ a. e. comitum conuentus’ ⟨etc.⟩

34 **26** 2 EXSPECTATIO desiderium, ut Vergilius (*Aen. II 283*) ‘exspectate uenis’. 3 FVNAMBVLI EODEM duplex causa ad unam exclusionem adhibetur.

35 **27** 1 COMITVM CONVENTVS utrum eos comites dicit, qui sunt pugilum assectatores an seruos qui dominos sequuntur? 2 STVDIVM certamen diuersis fauentium.

1 repetit *codd., corr. Wieling* | illam *C*, illum (*ante* dicere) *V* (*dett.*) ‖ 3 SEDABIT *om. C* | a iudicum *cod. Cuiac.*, at ubi cum *C, cod. Huls.*, primo cum *V* (*dett.*) ‖ 5 περίφρασι *V*² (per- *dett.*), paci *C* | nos nobis *V*, nos uobis *C* ‖ 8 GLORIA *om. C* | *περιφρασις αντι του G*² (*Steph.*), * * * * * *CV* ‖ 9 sed *C, cod. Cuiac.*, et *V* (*dett.*) ‖ 10 eos *om. C* | magnis] uastis *Verg.* ‖ 11 uiri ⟨c· u·⟩ e · o · ⟨q ·⟩ d · m . q · u · s · m · t · s · q · p · et cetera *CV* ‖ 12 funabuli *V*, fun *C* ‖ 13 excessit *C* ‖ 14 hanc *W.*: hoc *C*, haec enim *V* (*dett.*) | culpe *C* | deiecta ⟨est⟩ *V* (*dett.*); reiecta *Westerh., cf. ad v. 49* | et ideo *om. C* ‖ 15 nec *C* | admittenda ⟨est⟩ *V* (*dett.*) ‖ 16 pugilum gloria · f · *e* · *a* · spectatio *V*, pugilum * * * pugilum gloria funab · a c · e · expectatio *C* | *τω διαλογια* (*in mg. πολυλογια; sic et Steph.*) *G*², * * * * *C, om. V* ‖ 17 pugilum — a. e.] pugilum · gl · f · a · e · eo *C, om. V* | etc. *add. W.* ‖ 21 dicit] · d · *C* ‖ 22 assentatores *C* ‖ 23 ⟨an⟩ studium *V* (*dett.*); strepitus *Ter.* | certamen *Steph.*: certa iñ *C*, certantium *V* (*dett.*)

3 CLAMOR MVLIERVM bene ‘mulierum’: non enim timet eas, quibus suffragari uel refragari non licet in theatro.

*36* **28** VT ANTE TEMPVS EXIREM FORAS τῷ ἐξουθενισμῷ, ne grauem passus uideatur iniuriam.

*33* **25** 4 PVGILVM GLORIA pugil dictus a pugna et pugna a pugno; ueteres namque ante usum ferri et armorum pugnis et calcibus et morsibus corporumque luctatione certabant.

*37* **29** 1 VETERE ⟨IN N.⟩ ἀντίθετον primum. 2 VETERE IN NOVA COEPI VTI CONSVETVDINE nisi ‘nouam’ comoediam intellexeris, non erit aperta sententia; nam et supra (*prol. I 5*) dixit ‘nunc haec plane est pro noua’. 3 An in Terentio ‘noua’, quia numquam alias exclusus est? 4 *Et* bene ‘uetere’, ut ostendat turpe non esse, quod et aliis poetis saepe contigerit.

*38* **30** REFERO DENVO aut ‘re’ abundat’ aut ‘denuo’.

*39* **31** 1 PRIMO ACTV PLACEO rationabiliter dixit ‘primo’, quia quinque sunt actus, partes fabulae. 2 PLACEO studio dixit ‘placeo’ pro eo quod est ‘fabula placet’ aut ‘Terentius’. 3 *Et* mire: non diu, inquit, pependit iudicium, sed statim placui, ut quod sequitur non iudicio sed perturbatione factum sit. 4 CVM INTEREA RVMOR VENIT DATVM IRI hoc abhorret a nostra consuetudine, uerumtamen apud antiquos gladiatores in theatro spectabantur.

*40* **32** DATVM IRI ‘datum iri’ dixit ut fabulam, quoniam haec omnia spectatori et populo dantur.

3 aut *et* exirent *C* | τω εξουθενισμω ne *G*² (*Steph.*), **** mone *C*, *****ne *V* (*dett.*) ‖ 4 passum *C* ‖ 5 dictus ⟨est⟩ *V* (*dett.*) | pugna] -no *C* ‖ 9 *ἀντίθετον Steph.*: *απετελον G*², **** *CV* ‖ 10 ⟨ut⟩ in noua *V* (*dett.*) ‖ 11 apta *V* ‖ 12 est plane *V* ‖ 13 in] a *V* (*dett.*) ‖ 13 ⟨ideo dictum est⟩ quia *V* (*dett.*) ‖ 14 ueterem *codd.* | turpe — 16 REFERO *om. C* ‖ 16 aut re] re *schol. Ricc.*, a (aut *V*, *dett.*) uetere *codd.* ‖ 19 studio *W.*: studeo *codd.* | placeo dixit *V* (*dett.*) | aut] at *C*, autem *V* (*dett.*) ‖ 21 placui *Westerh.*: -it *codd.*, *schol. Ricc.* ‖ 22 factum sit] factum uideatur *schol. Ricc.*, *om. C* ‖ 23 DATVM IRI] e · d · *C* ‖ 25 datum iri *om. V* | quoniam *W.*: q3̊ nam *C*, commendet *V* (*dett.*) ‖ 26 haec] ut et *V* (*dett.*) | dicantur *V* (*dett.*)

*42* **34** NON POTVI TVTARI LOCVM facete repetit 'locum'.

*43* **35** 1 NVNC TVRBA NON EST ἀνταπόδοσις πρὸς τὸ 'tumultuantur'; — 2 *TVRBA id est* θόρυβος. 3 *NVNC TVRBA NON EST 'turbam' rettulit ad id quod ait supra (v. 32) 'populus c. t.', 'otium' ad illud (v. 33) 'pugnant de loco', 'silentium' ad illud quod dixit (v. 27) 'clamor mulierum'.* — OTIVM πρὸς τὸ 'pugnant'; ET SILENTIVM πρὸς τὸ 'clamant'. 4 NVNC TVRBA NON EST OTIVM ET SILENTIVM quae adhortatio per enumerationem!

*44* **36** 1 AGENDI TEMPVS MIHI DATVM EST ab aedilibus scilicet. 2 VOBIS DATVR POTESTAS CONDECORANDI LVDOS SCAENICOS quasi et populus aliquid agat, cum spectet.

*46* **38** 1 NOLITE SINERE PER VOS σχῆμα διανοίας· ῥητορικὴ ἐπίπληξις. 2 ARTEM MVSICAM oratorie, quasi non Terenti causa agatur sed artis musicae.

*48* **40** 1 MEAE AVCTORITATI quia iam senex est. 2 ⟨MEAE AVCTORITATI⟩ FAVTRIX ADIVTRIXQVE SIT qua Terentium probo. et est figura analogia. uult autem se esse eius auctoritatis, ut et populo placere iam debeat, qui ipsi placet.

*49* **41** 1 SI NVMQVAM AVARE commendatio ab ante actis, id est a personae attributis. 2 SI NVMQVAM AVARE a meritis defensoris argumentum ad laudem fabulae. 3 SI NVMQVAM AVARE per haec uerba uult Terentius demonstrare, quam grauis auctor sit qui suas comoedias probet. sic Hora-

1 tutare *V*, t· *C* ‖ 2 *ἀνταπόδοσις πρὸς τὸ Lindenbr.* (*ἀ. ἀντὶ τοῦ Steph.*): **** *codd.* ‖ 3 *θόρυβος Steph.*: **** *codd.* ‖ 4 ait supra] dixit *V* (supra *add. dett.*) ‖ 5 ⟨s·⟩ c·t· *CV* | illud ⟨quod⟩ *V* | pugnarat *codd.* ‖ 6 ad aliud *C* ‖ 7 *προς το 1. G*[2], *cod. Cuiac.*, *** *V*, *om. C* | pugnant *post* SILENTIVM *C* | ET *om. V* (*dett.*) | *πρὸς τὸ 2. Steph.*: *** *codd.* ‖ 10 AGENDI] ad *V*, a *C* | tempus ⟨est⟩ *V* | EST *om. C* ‖ 11 POTESTAS *om. C* ‖ 12 aliquid agat populus *V* (*dett.*) | spectat *C* ‖ 13 nos *C* | *σχημα δίανοιασ* (*sic iam Steph.*) *ῥητορικησ πιπαληξισ G*[2] (*σ. δ. ῥητορικὴ ἐπίπληξις ex cod. Cuiac. Lindenbr.*), *lac. rell.* ‖ 14 non ⟨in⟩ *C* ‖ 16 MEAE AVCTORITATI *add. Steph.* ‖ 17 -QVE *om. C* | ⟨commendatio⟩ qua *V* (*dett.*) ‖ 18 uult tantae auctoritatis esse *schol. Ricc.* | eius *om. V* (*dett.*) ‖ 20 dictis *V* ‖ 21 persona *C* ‖ 24 quam⟨uis⟩ *C* | qui] ꝑ *C* | probet *om. C*

tius (*Ep. II 1, 81—82*) ‘ea cum reprendere coner, quae grauis Aesopus, quae doctus Roscius egit’.

50 **42** 1 ET EVM ESSE QVAESTVM IN ANIMVM INDVXI modo non ‘numquam’ subauditur sed ‘si’, ut sit: et si eum esse etc. 2 ET EVM ESSE QVAESTVM IN ANIMVM INDVXI a ⟨*****⟩.

51 **43** VESTRIS COMMODIS plus dixit ‘commodis’ quam si diceret ‘uoluptatibus’.

50 **42** 3 QVAESTVM MAXIMVM QVAM MAXIME ⟨ut⟩ (*v. 46*) ‘inique iniqui’, *παρόμοιον*.

52 **44** SINITE IMPETRARE ME QVI IN TVTELAM MEAM ordo: sinite impetrare me, ne eum circumuentum inique iniqui ⟨irrideant, qui⟩ in tutelam meam s. s. et s. i. u. c. f.

55 **47** 1 MEA CAVSA C. quasi orator ‘causam’ dixit. 2 MEA CAVSA CAVSAM HANC ACCIPITE oratorie: sic enim fit, cum persona pro persona ad commendationem affertur. 3 ET DATE SILENTIVM quasi fabulae ac poetae. 4 MEA CAVSA CAVSAM *παρονομασία*.

56 **48** 1 VT LIBEAT SCRIBERE ALIIS oratorie ἀπὸ τῆς ἰσότητος. 2 MIHIQVE VT DISCERE proprie: d o c e t enim poeta, d i s c i t scaenicus.

57 **49** 1 NOVAS EXPEDIAT POSTHAC ab utili argumentatio est. 2 *Et* bene ‘ut expediat’, tamquam facturus sit, etsi non expedierit, dum quaestum maximum s e r u i r e p o p u l o putat. 3 PRETIO EMPTAS MEO aestimatione a me facta, quantum aediles darent, et proinde me periclitante,

1 respondere coneris (-ris *C*) *codd.* ‖ 3 animo *C* | modo — 5 INDVXI *om. C* ‖ 4 sed si *Steph.*: etsi *V* ‖ 6 *lac. sign. Klotz*; *ἀπὸ τῆς ἐλευθεριότητος Schoell* ‖ 7 nostris *V* | dixit] *** *C* ‖ 9 ut *add. W.* ‖ 10 *παρομοιον G*[2] (*Steph.*): **** *V*, *om. C* ‖ 11 ordo ⟨est⟩ *V* (*dett.*) ‖ 13 irrideant qui *add. Steph.* | u.] n· *V* ‖ 14 oratori *codd., corr. Steph.* ‖ 15 HANC ACCIPITE] & hoc *C* ‖ 16 persone *C* ‖ 18 paronomasia *V* (*dett.*), **** *C* ‖ 19 ἀπὸ τῆς eCΔTHOC *Lindenbr. ex cod. Cuiac.*, ***** *C*, *om. V* ‖ 20 DISCERE] dū *C*, *om. V* | ⟨s· mihi⟩ proprie ⟨dixit⟩ *V* (*dett.*) ‖ 21 discit ⟨****⟩ scenicus *C*, ⟨quod merito ipse debeat⟩ dici scenicus *V* (*sim. dett.*); *ὑποκριτής fuisse putat Schoell* ‖ 22 expediet *C* | post hoc *C* | argumentatione (*om.* est) *C* ‖ 26 perinde *C* | periclitantes *codd.*

si reiecta fabula a me ipso aediles quod poetae numerauerint repetant; — 4 *Ergo* ‘*meo*’ *a me facto*, *a me statuto*. — nam, quomodo alibi dixit (*Eun. prol. 20*), [postquam] aediles emerant. 5 *Et* bene, ut sequatur populus iudicium eius, qui aestimare uere fabulas potuerit. 6 PRETIO EMPTAS MEO ut quidam uolunt periculo.

---

# I.

## 1.

58 **1** 1 PER POL QVAM PAVCOS REPERIAS MERETRICIBVS FIDELES nouo genere hic utraque προτατικὰ πρόσωπα inducuntur, nam et Philotis et Syra non pertinent ad argumentum fabulae. hoc autem maluit Terentius quam aut per prologum narraret argumentum aut θεὸν ἀπὸ μηχανῆς induceret loqui. 2 PER POL QVAM PAVCOS REPERIAS haec persona Terenti more extrinsecus assumitur, ut sit per quam argumenti obscuritatem spectator effugiat. 3 PER POL QVAM P. animaduertendum est in hac fabula Terentium bonam meretricem inducturum, ne id contra morem uideatur facere, etiam aliam meretricem non malam inducere, ut id exemplis fiat tritius et usu uerisimile. 4 PER POL QVAM PAVCOS R. ordo: pol perquam paucos reperias; nam ‘perpol’ non est Latinum, sed τὸ ἑξῆς ‘perquam’, id est nimis. 5 QVAM PAVCOS quidam non ‘pau-

1 reiecta *W.* (*cf. Cic. de fin. I 2, 4*): erecta *C*, abiecta *rell.*; exacta *Schoell* | a me ipso *W.* (*duce Steph.*): a se ipso *C*, a *V* (*dett.*) | aediles] pretio *V*, pretio adiles *dett.* | numerauerunt *C* ‖ 3 dixit *bis V* | postquam *secl. Schoell* ‖ 5 quia extimare *C*, cui aestimare *V* | ⟨onus (omnes *D*)⟩ posuerit *V* (*dett.*), posuisti *C*; *corr. Steph.* ‖ 8 protastica prosopa *codd.* | inducitur *V* (*dett.*) ‖ 11 per *om. C* | θεον απο μιχανι $G^2$ (*Steph.*): ***** *rell.* ‖ 13 persona] e *C* | assumuntur *C* ‖ 14 per quam *Klotz*: postquam *codd.* ‖ 15 PER — P. *om. V* | ⟨autem⟩ est *V* ‖ 18 tristius *codd.*, *corr. ed. pr.* ‖ 19 R. *om. V* | ordo ⟨est⟩ *V* (*dett.*) | per pol quam *codd.*, *corr. Steph.* ‖ 20 τὸ ἑξῆς] ποεξησ (*bis*) $G^2$, to · *** *C*, **** *V* (*dett.*); τμῆσις *Pith. ex cod. Cuiac.*, κατὰ τμῆσιν *Steph.* | postquam *C*

v. app. p. 572 cos' sed ʽpaucis' legunt; sic enim Apollodorus ʽὀλίγαις ἐραστὴς γέγον' ἑταίραισιν, Σύρα, βέβαιος'. 6 REPERIAS aptum uerbum ad raritatem et ideo non dixit ʽpauci sunt', sed ʽpaucos reperias', si quos quaeras. non autem reperietur nisi quod quaeritur, non quaeritur nisi quod praesto non sit.

59 **2** 1 FIDELES huiusmodi sententias rhetores διανοίας uocant. 2 *Et* mire non ʽesse' sed ʽeuenire' dixit, ut non rationis sed casus sit, id quod rarissimum est. 3 FIDELES f i d i in maximis, f i d e l e s in minoribus negotiis.

60 **3** 1 VEL HIC PAMPHILVS transitus a generali sententia ad specialem. 2 VEL nunc u e l u t i; alias coniunctio disiunctiua est, alias correptionem significat, ut apud Ciceronem (*in Verr. II, IV 2, 3*) ʽuel optima Messanae'. 3 VEL aut e t i a m, ⟨ut⟩ (*Verg. Ecl. VIII 69*) ʽcarmina uel c. p. d. L.' aut u e l u t, ⟨ut⟩ modo. 4 IVRABAT Q. B. Q. S. tria sunt: quae iurabat et quotiens et quam sancte; quod totum de more amatorum ac meretricum, quae iureiurando teneant quos lege non possunt.

61 **4** VT QVIVIS non modo Bacchis, quae amica erat.

62 **5** NVMQVAM ILLA VIVA DVCTVRVM VXOREM παρένθεσις prima: iurabat numquam illa uiua uxorem ducturum.

63 **6** 1 EM DVXIT pronuntia, ut mirantem ostendas. 2 ERGO PROPTEREA modo ʽergo' affectum exprimit reprehendentis tarde sibi assentientem. sic Vergilius (*Aen. II 707*) ʽergo age, care pater, c. i. n.' 3 PROPTER-

1 αλπαICHPΑSTHCΓЄIIONHNCTHPΑICCIPΑγγιbΑIωC *cod. Cuiac. ap. Lindenbr.*, ολπλισωραστηστεγονησ7ερaισσυμαβειβλοσ *G*[2], *lac. rell.*; *corr. Bentley* ‖ 3 aptum — raritatem *om. C* | sunt an ut paucos sed reperias quo si quaereres *C* ‖ 6 fidelis *V* | sententia *C*, -am *V* (*dett.*), *corr. Steph.* | διανοίας *Steph.*: **** *V*, *om. C*; *nisi forte scrib.* h. sententiam rh. προμύθιον u., *cf. Eun. II 2, 1* ‖ 14 VEL aut etiam ut *W.*: uitam etiam *V*, etc · *C* ‖ 15 aut] ut ut *C* | ut *add. W.* ‖ 16 ⟨et⟩ sancte *V* ‖ 17 quod] quam *C* (*recte?*) | ac] et *V* (*dett.*) | ⟨dixit⟩ quae *V* (*dett.*), qui *C* ‖ 18 quod *C* ‖ 20 παρένθεσις prima *Lindenbr. ex cod. Cuiac.*, ita pen** primo *in mg. C*[1], ita **** id est iurans primo *V* (*dett.*) ‖ 21 iurabat — uxorem *in mg.*, du · hem duxit *in ras. C*[1] ‖ 22 en *V* ‖ 24 consentientem *V* (*dett.*), *schol. Ricc.* | sic largus *C* ‖ 25 h · i · n · *V*, *om. C*

EA TE SEDVLO 'sedulo' instanter et ex animo uel sine dolo. 4 EM DVXIT 'em' aduerbium demonstrantis est, ut (*Eun. III 2, 6*) 'em alterum'.

64 7 1 ET MONEO ET HORTOR monemus consilio, hortamur impulsu. 2 NE CVIVSQVAM MISEREAT deest 'te'.

65 8 1 QVIN SPOLIES MVTILES LACERES 'quin' quominus. et magna persuasio est ad male faciendum. 2 SPOLIES ⟨M. L.⟩ spoliare est non minimam partem auferre, mutilare aliquid detrahere, sine quo res esse non possit, lacerare autem cum omnino non habeas quod imminuas. 3 MVTILES imminuas, unde mutili dicti boues aut capri sine cornibus — nam male qui a multa putant dici —; et inde Mulciber Vulcanus, quod sit mutilatus ac debilis. *an proprie Mulciber dictus est, quod omnia mulceat, id est molliat ac uincat?*

66 9 1 VTIN EXIMIVM NEMINEM HABEAM 'utin' pro 'ut ne' *ἀπόστροφος*. 2 *Et* perseuerat in allegoria, nam eximia pecora dicuntur, quae a grege excepta sunt ad usus dominorum suorum, ut uberius pascantur. 3 Sed proprie eximii sunt porci maiores, qui ad sacrificandum excepti uberius pascuntur. etenim boues, qui ad hoc electi sunt, egregii dicuntur et oues lectae, ut Vergilius (*Aen. IV 57*) 'mactant lectas de more bidentes'. *ita et porci eximii.* 4 VTIN EXIMIVM deest 'censes', ut sit: censes utin eximium neminem habeam? 5 Vel certe 'mones'.

6 VTIN EXIMIVM 'eximium' separatum ex omnibus. proprie eximius porcus est exemptus a grege atque sig-

1 TE — instanter] ter instantem sedulo *C* | uel] et *C* ‖ 2 hem . . hem . . en (hem *cod. Cuiac.*) *C*, en . . en . . en *V* ‖ 3 alter *C* ‖ 5 misereatur *codd.* ‖ 6 quin] qui *C* ‖ 7 est *om. C* ‖ 9 res *om C*, *cod. Cuiac.* ‖ 10 cui *C* | habeas non *V* | quod *Steph.*: quam *CV* ‖ 11 dicti ⟨sunt⟩ *V* (*dett.*) ‖ 12 qui a] quia *C*, * * * *V* (*dett.*) | multa *Steph.*: multi *codd.* ‖ 13 multatus *cod. Cuiac.*, mulcanus *C* ‖ 14 an *Teuber*: nam *codd.* ‖ 16 ut ni (*bis pro* utin) *V* ‖ 17 *αποστροφοσ G*[2] (*Steph.*), * * * * *rell.* | eximiare *codd.* ‖ 18 a *om. C* | sunt *om. C* ‖ 21 liberius *C* | pascantur *C*, (*ante corr.*) *V* ‖ 24 ut ni eximium *V*, *om. C* ‖ 25 utni *V* ‖ 26 utni eximium ⟨ita⟩ *V*, ut in echyra *C* ‖ 27 est *om. C* | a *om. C* | sig[t] *C*

natus macula aut nota. 7 HABEAM deest ʿcensesʾ aut ʿuisʾ aut ʿmonesʾ.

67 **10** 1 NAM NEMO QVISQVAM παρέλκον tertium, nam abundat ʿquisquamʾ. 2 SCITO AD TE VENIT bene additum ʿscitoʾ et moraliter. et acutius pronuntiandum: est enim uerbum illorum, qui familiares corrigunt.

68 **11** 1 QVIN qui non. 2 ITA PARET hoc uerbum aduersum munificos et segnes sumitur, ut alibi (*Eun. II 2, 9*) ʿitan parasti te, ut spes n. r. in t. s. t.?ʾ 3 ABS TE pro ʿex teʾ.

69 **12** SVAM VOLVPTATEM EXPLEAT bene ʿexpleatʾ, quod contrarium meretrici est amatorem uoluptate satiari.

70 **13** 1 HISCINE TV ἐρώτησις. 2 Id est talibus. 3 *Et* uide si pulchra meretrix puella est. 4 INSIDIABERE insidiari malum est, sed contra insidiari iustum est.

71 **14** 1 TAMEN POL EANDEM INIVRIVM EST idem aliter et uehementius intulit, nam peius est eandem esse omnibus quam nullum excipere. 2 INIVRIVM iniquum. ʿiniuriumʾ autem indignantis modo significatio est et uim aduerbii habet.

72 **15** VLCISCI ADVERSARIOS de more ʿaduersariosʾ mutato nomine posuit: durum enim fuerat, si ʿamatoresʾ diceret.

73 **16** AVT QVA VIA TE CAPTENT ILLI qui te captant saepe, tu eos uel semel cape.

74 **17** 1 HEV ME MISERAM bene, quia non persuasit, affectum doloris expressit; intellegit enim ex uultu eius non se persuasisse quod uoluit. 2 HEV ME MISERAM CVR N. A. I. M. AE. E. F. EST ἐμπαθῶς ait, quod reliquum est,

3 παρέλκον tertium *V*, n$^{i}$·a ui *C* | nam — 4 VENIT *om. C* ‖ 4 additum ⟨est⟩ *V* (*dett.*) ‖ 5 acutim *C* ‖ 6 uerbum enim *C* ‖ 7 qui non (qui *C*) *post* ita *codd., transp. W.* | uerbum ⟨paret⟩ *codd., corr. W.* ‖ 8 itan] an *codd.* ‖ 9 in *om. C* ‖ 10 uoluntatem *codd.* ‖ 11 uoluntate satiari *V*, -tes andri *C*, *corr. Steph.* ‖ 12 tu *sscr. V* | ἐρώτησις *Steph.*: φροτεσισ *G*², * * * * *C*, *om. V* ‖ 13 uide si] uides *C* | est *om. C* ‖ 14 est *1. om. C* ‖ 15 idem] id est *C* ‖ 19 de *om. C* ‖ 23 HEV] eheu *codd. Ter. praeter F* | persuasi l' *C*, persuasit ⟨sed⟩ *V* ‖ 24 intelligitur *V* (*dett.*) ‖ 25 se persuasisse *cod. Cuiac.*, semper suasisse *C*, eam persuasisse *V* (*dett.*) | CVR — EST *om. C* ‖ 26 ἐμπαθῶς ait quod *Steph.*: ЄΜΠΑΤΟΠΑΔΗΝ ait quod *cod. Cuiac.*, ενπαθοκλην quod *G*², * * * * * quod *V* (*dett.*), * * * * * *C*

quia quod uolebat persuadere non potuit. 3 *Et* bene, quia utrumque non habet. 4 *Et* mire e contrario descripta est deformitas lenae et formam et uoluntatem malam gerentis.

75 18 AVT TIBI HAEC SENTENTIA *δεικτικῶς*. simulque ostendit secundum *φυσιογνώμονας* difficile deformem reperiri bonum.

---

## 2.

76 **1** 1 SENEX SI QVAERAT ME MODO ISSE DICITO AD PORTVM hoc seruus dixit in scaenam de proscaenio respiciens.

2 SENEX SI QVAERAT ME duae coniecturae sunt in hac saena: an uerae sint nuptiae et an uerisimile sit adulescentem abstinere potuisse a uirgine sibi nuptum tradita.

3 SENEX SI QVAERAT ME magis expressit consuetudinem dicendo ‘senex’ quam si diceret ‘dominus maior’.

4 SENEX SI QVAERAT ME ut ex uerbis suis tam meretrix quam lena descripta est, ita et Parmeno ipse qualis sit ostenditur ex sua sibi locutione. exeundi autem causa de argumento sumitur, quia Pamphilus absens est et exspectatur in dies eius aduentus.

77 **2** 1 PERCONTATVM ADVENTVM PAMPHILI honestam causam dixit, id est propter aduentum Pamphili. 2 *Et* ‘percontatum’ scribitur et ‘percunctatum’. si ‘percontatum’, a conto, quo nautae utuntur ad ⟨exploranda⟩ loca nauibus opportuna; si uero ‘percunctatum’, ab eo quod a cunctis perquiratur.

1 persuadere uolebat *V* ‖ 2 quia ⟨nec⟩ *C* (⟨nec⟩ quia *dett.*); haec? | e *om.* *C* ‖ 5 dicticos *CV* ‖ 6 *φυσιογνώμονας* *Gronov*: *φυσιογνωμας* *Pith. ex cod. Cuiac.*, *φυσωγΝωμον* *G*², ***** *rell.* | repperi deformem *C* ‖ 9 ⟨h·⟩ hęc *C* ‖ 11 uere sunt *C* ‖ 12 potuisse adolescentem abstinere *V* (*dett.*) ‖ 13 magis — 15 ME *om.* *C* ‖ 20 PERCONTATVM — dixit *om.* *C* ‖ 21 propter *W.*: post *codd.* | pamphili aduentum *V* (*dett.*) ‖ 23 a conto ⟨dicitur⟩ *V* (*dett.*), conto *C* | nauitae *V* | exploranda *add. Steph.* ‖ 24 si uero] nam si *C* ‖ 25 perquireret *C*, perquiratur ⟨dicitur⟩ *V* (*dett.*)

76 **1** 5 SENEX SI QVAERAT ME MODO ISSE D. A. P. haec omnia et submissa et ueloci pronuntiatione afferenda sunt; hoc enim desiderant huiusmodi uerba utpote et serui et festinantis.

78 **3** 1 AVDIN QVID DICAM SCIRTE 'audis' modo sentis, intellegis, ut Vergilius (*Aen. I 19—20*) 'progeniem sed enim Troiano a sanguine duci audierat'. item Vergilius alibi (*Geo. I 514*) 'neque audit currus h.' 2 AVDIN QVID DICAM 'audis' modo pro 'aduertis'. 3 SCIRTE κωφὸν πρόσωπον inducitur. 4 AVDIN QVID DICAM SCIRTE conuenit nomen seruo puero παρὰ τὸ σκιρτῶσαι, quod est gestire et ludere.

79 **4** NVLLVS pro 'non'.

80 **5** 1 ALIAS VT VTI POSSIM inter 'alias' et 'alia' hoc interest, quod 'alias' alio tempore significat, 'alia' aliter aut per alia. 2 INTEGRA non dicta.

81 **6** 1 SED VIDEON EGO PHILOTIVM sic solent dubitare aduenientibus ipsis, quos post multum temporis interuallum uident. 2 SED VIDEON EGO PHILOTIVM mire inuenta causa narrandi est ideo, quia peregre uenit meretrix; alioquin si Athenis esset, omnia sciret. 3 VNDE HAEC ADVENIT cum quodam contemptu eius hoc sibi dicit Parmeno.

83 **8** 1 SALVE MECASTOR PARMENO olim salutantes addebant iusiurandum, ut hoc sedulo facere uiderentur. 'me' autem aut adiectio est et abundat aut positum est pro 'μά' syllaba, ut Graeci 'μὰ τὸν Ἀπόλλωνα' dicunt.

1 SENEX — ME *om. C* | MODO *om. V* ‖ 2 ut summissa *V* | et] in *V* | efferenda *Steph.* ‖ 3 et *2. om. C* ‖ 5 syre *V*, s · *C* ‖ 7 audierat ⟨tyrias⟩ *V* | idem *C* ‖ 8 AVDIN] audis *C* ‖ 9 syre *V*, certe *C* | κόφον προσωπον $G^2$ (*Steph.*), ***** *rell.* ‖ 10 syre *V*, sy · *C* ‖ 11 παρὰ τὸ σκιρτῶσαι *Pith. ex cod. Cuiac.*, παρακτοσ κιρτοσαι $G^2$, ***** *rell.*; π. τ. σκιρτᾶν *Steph.* ‖ 14 VTI *om. C* ‖ 15 quod] quia *C* ‖ 16 non] nam *C* ‖ 17 SED — uident *post* 21 sciret *V (dett.)* | uideam *C* | philotium *V* | solet *codd., corr. Westerh.* | dubitare ⟨qui⟩ *V (dett.)* ‖ 18 quo *C* ‖ 20 est *ante* causa *V (dett.)* ‖ 21 alioquin — omnia *cod. Cuiac.*: alia qui si (quasi *V, dett.*) athenis omnia esset (esse *V, dett.*) *rell.* ‖ 22 dicit *om. V* ‖ 25 autem *om. V (dett.)* | aut *om. C* ‖ 26 μὰ *Steph.*: una *codd.* | μὰ τὸν Ἀπόλλωνα *Steph.*: ***** *codd.* | dicunt *om. C*

2 ET TV EDEPOL SYRA irrisit 'ecastor' addendo 'edepol'. et quod illa 'Parmeno', hic addidit 'Syra'. 3 SYRA 'Sura' ueteres legerunt, ⟨V⟩ pro ⟨Y⟩ ponentes, ut Musis, Surus.

84 9 1 VBI PHILOTIS TE O. uide licentiam: supra 'Philotium' hic 'Philotis' dixit. 2 OBLECTASTI TAM DIV facete dictum meretrici: non 'ubi fuisti' sed 'ubi te oblectasti'.

85 10 MINIME EQVIDEM ME OBLECTAVI 'me' acutius proferendum est, quia respondet πρὸς τὸ 'te'.

86 11 1 CORINTHVM HINC SVM PROFECTA τὸ 'hinc' magnum dolorem ostendit habere Philotium, quod relictis Athenis Corinthi habitauerit. 2 HINC SVM PROFECTA I. multa dixit: et 'milite' et 'hinc' et 'inhumanissimo'. 3 INHVMANISSIMO quid potuit de milite dici sine superlatiuo? namque omnis miles inhumanus, hic uero inhumanissimus. 4 CORINTHVM HINC SVM PROFECTA haec argumenta sunt, an se oblectare potuerit: a persona quod miles inhumanissimus, a loco quod hinc profecta, a tempore quod biennium, a re id est ab iniuria quod tuli.

87 12 1 BIENNIVM IBI PERPETVVM ut continuationem sui casus ostenderet, 'perpetuum' dixit. 2 MISERA muliebris interpositio τὸ 'misera'. 3 ILLVM TVLI non 'cum illo fui' sed 'illum tuli': adeo non me oblectaui.

88 13 1 DESIDERIVM ATHENARVM quod 'Corinthum profecta' es. 2 ATHENARVM ARBITROR quod dixit 'hinc', ἀνταπέδωκεν 'Athenarum'. 3 *Et* amphibolia 'te desi-

1 ET *om. C* | ecastor *C*, ad castor *rell.* ‖ 2 Parmeno] hoc *add. C*, ille *add. V* (*dett.*) | Sura] supra *codd.* ‖ 3 legerunt (-ret *C*) proponentes *codd.*, *corr. Steph.* | missis (-us *C*) syrus *CV*; surus *Schoell coll. Non. 46, 6* ‖ 6 meretricum (*om.* non) *C* ‖ 8 quia] et *V* (*dett.*) | respondit *C* | πρὸς τὸ te *Steph.*: * * * * *V*, *om. C* ‖ 9 To *V* (*dett.*), *om. C* ‖ 10 ostendit dolorem *V* (*dett.*) ‖ 11 I. — inhumanissimo *om. V* ‖ 13 sine] nisi *V* (*dett.*) ‖ 15 PROFECTA *om. C* ‖ 16 an se *Steph.*: ante *codd.* | potuit *C*, -erat *V*, *corr. Steph.* | quod *W.*: quam *C*, quia *V* (*dett.*) ‖ 18 quod *Schoell*: quidem *C*, quam *rell.* | tulit *codd.*, *corr. Schoell* ‖ 20 mulieris *codd.*, *corr. Steph.* ‖ 21 τὸ *Steph.*: tot *codd.* | misera *om. V* (*dett.*) | ILLVM *om. C* ‖ 22 oblectaui ⟨misera⟩ *C* ‖ 24 hic *CV* ‖ 25 ἀνταπέδωκεν *Rabbow*: ante πεδοικην *cod. Cuiac.*, ante * * * * *V* (*dett.*), ante tė * * * *C*

derium cepisse'. 4 ⟨TE DESIDERIVM . . . . CEPISSE⟩ quod 'cum milite inhumanissimo'.

90 **15** *Et* CONSILIVM CONTEMPSISSE paenitudine esse possessam.

91 **16** 1 HVC REDEVNDI iterum a loco; ABEVNDI A MILITE a persona;

92 **17** VOSQVE HIC VIDENDI a re.

91 **16** 2 HVC REDEVNDI . . . ABEVNDI . . . VOSQVE HIC VIDENDI oratorie unam rem in tria diuisit: 'huc redeundi' 'abeundi a milite' 'uosque hic uidendi', ut diceret 'huc ueniendi'.

94 **19** 1 NISI PRAEFINITO L. a tempore. 2 Hic ostendit quid dixerit supra (*v. 12*) 'tuli' et quid sit 'agitare conuiuium libere' (*v. 18*).

93 **18** 1 AGITAREM INTER VOS LIBERE C. inter agere et agitare hoc interest, quod agere est aliquid uel necessarium facere, agitare uoluptarium. 2 Ergo 'agitarem' exercerem.

94 **19** 3 NAM ILLIC HAVD LICEBAT N. P. legitur et 'illi', ut sit circumflexus accentus et significet illic, ut (*Verg. Aen. II 548*) 'illi mea tristia facta'. 4 *Et* absolutum est 'praefinito': deest 'tempore' aut aliquid tale. 5 NISI PRAEFINITO LOQVI ILLI Q. P. duo dixit: et 'praefinito' et 'quae illi placerent', ut neque quantum uelles neque quod uelles diceres.

95 **20** HAVD OPINOR COMMODE pro 'blande' et 'bene', ut (*v. 33*) 'numquam tam dices commode'.

96 **21** FINEM STATVISSE ORATIONI MILITEM argute 'militem', quia quasi inimicus est orationi, quae in pace plurimum potest.

97 **22** 1 SED QVID HOC NEGOTI EST MODO QVAE NARRAVIT

1 TE — CEPISSE *add. Steph.* ‖ 3 plenitudinem *codd., corr. Steph.* ‖ 7 uiuendi *C* ‖ 8 HVC *om. V* | ABEVNDI] abeundi ad *V*, ad *C* | ⟨hic uiuendi⟩ h · u · *C* ‖ 9 rem *om. C* ‖ 10 ⟨ad⟩ uosque *V* (*cf. supra*) | uiuendi *C* ‖ 12 L. *om. V* ‖ 13 ⟨quic⟩quid *C* | quidem *C* | agitare ⟨et⟩ *V* ‖ 15 agitare inter uos l · (*om.* c.) *C* ‖ 17 facere *om. C* | ergo agitare *C* ‖ 20 facta *om. C* ‖ 21 deest *D*, et est *C*, deest⟨que⟩ *V* | aliquid] quid *V* (*dett.*) ‖ 22 Q. P. *om. C* ‖ 25 et bene *om. V* ‖ 27 MILITEM *om. C* | ⟨in⟩ milite *C*

M. ⟨ad⟩ argumentum nunc descendit, ⟨ut⟩ in Phormione (*I 2, 7*) ‘sed quid tu es tristis?’, praelatis scilicet allocutionibus et separatarum et permixtarum personarum, ne ieiune ad argumentum uenire et non agere fabulam sed narrare uideretur. 2 SED QVID HOC NEGOTI bene addidit ‘negoti’, ut augeret inuidiam facti; nam potuit dicere ‘quid hoc est?’ *sed ut diximus ad inuidiam et magnitudinem rei ‘negoti’ dixit.* 3 QVAE NARRAVIT MIHI ‘quae’ q u a l i a scilicet et q u a n t a. 4 MODO QVAE N. M. ‘quae’ acuendum est, ut sit q u a l i a et q u a n t a. et hoc ὑπερβολικόν.

*98* **23** QVOD EGO NVMQVAM CREDIDI hoc totum cum inuidia pronuntiandum ex animo meretricis, quae facinus indignum nuptias putat.

*99* **24** 1 VT ILLE HAC VIVA POSSET mire ostendit ex iisdem uerbis eandem hanc esse, quae supra dixerat (*I 1, 5*) ‘numquam illa uiua uxorem ducturum d.’ 2 POSSET ANIMVM INDVCERE quasi in rem duram et immanem.

*100* **25** HABERE AVTEM ostendit pronuntiatione, quod prope est ut non habeat.

*101* **26** 1 SED FIRMAE HAE VEREOR VT SINT N. bene pro persona serui, qui uult dominum uxorium esse magis quam amatorem Bacchidis. 2 VT ne non. 3 SED FIRMAE HAE VEREOR animaduerte Terentium in nuptiis hoc dictum seruare, utrum firmas an infirmas dicat nuptias.

*102* **27** 1 SI IN REM EST BACCHIDIS bene additum ‘si in rem est Bacchidis’, ut ostenderet se non malignitatis sed beniuolentiae causa talia uota suscipere. 2 IN REM pro utilitate, ‘ab re’ contra utilitatem.

1 M.] h · *CV*, *om. dett.* | ad *add. Steph.* | nunc *om. V* (*dett.*) | ut *add. W.* ‖ 4 uenire et *W.*: ueniret *C*, ueniens *V* (*dett.*) ‖ 8 negoti dixit *om. C* ‖ 9 et *om. C* | QVAE — M.] qd’ in · m · *C* ‖ 10 acuendum *Teuber*: legendum *codd.*; acute leg- *Schoell* | et *2.*] et̃ *C* | *υπερβολικον μετ* (!) *G*[2], * * * * * *rell.*; *ἐν ὑποκρίσει Steph. Fort.* *ὑπερβ. μεθ’ ὑποκρίσεως* ‖ 14 nuptiis *C* ‖ 15 illa *V* ‖ 16 quam *C* | dixit *V* ‖ 18 et] qꝫ *C* ‖ 19 quod] qꝫ *C* ‖ 21 uereor ut firme he sint (*om.* N.) *C* ‖ 25 an] aut *C* ‖ 26 addidit *V* | re *C* ‖ 27 ostenderit *C* ‖ 29 in re *C*; *cf. Thes. gl. II p. 266*

*103* **28** 1 SED QVI ISTVC CREDAM nuptias esse infirmas. 2 ISTVC CREDAM ITA ESSE DIC M. P. superiore uoto excusauit crimen curiositatis, ut iam uideretur propter Bacchidem audire uelle.

*104* **29** 1 NON EST OPVS PROLATO HOC PERCONTARIER DESISTE uide quam conuenienter poeta cum id agat, ut narrantem Parmenonem inducat, tamen multis diuerticulis morales facetias internectat. 2 NON EST OPVS PROLATO H. incerta distinctio, utrum 'prolato hoc' an 'hoc percontarier.'

*106* **31** ITA ME DI AMABVNT 'amabunt' pro 'ament', ut (*Verg. Aen. I 273—74*) 'donec regina s. M. g. g. p. d. I. p.'

*107* **32** 1 VT HOC PROFERAM prodam, Bacchidi scilicet uel cuilibet. 2 MECVM GAVDEAM 'mecum' intra me. Vergilius (*Aen. I 37*) 'haec secum'.

*108* **33** 1 NVMQVAM TAM D. C. haec pronuntiatio eiusmodi esse debet, ut ex ea appareat prope delenitum Parmenonem uix se posse continere quin narret. 2 NVMQVAM TAM DICES COMMODE quasi ex parte labefactus est; sic enim loquitur.

*109* **34** AH NOLI PARMENO artificiose fingit audire nolle, ut tacitura credatur, si audierit, quia curiositas signum est loquacitatis. sic Horatius (*Ep. I 18, 69*) 'percontatorem fugito, nam garrulus idem est'.

*110* **35** 1 QVASI TV NON MVLTO MALIS deest 'ita dicis', ut sit: ita dicis quasi. 2 *Et* nunc Philotis non est instantior ea calliditate, ut magis seruum prouocet ad dicendum.

1 nuptias — CREDAM *om. V* | infirmas *dett.*, -mitas *C*; -atas? || 3 ut] et *V* | uidentur *C*, -detur *V* (*dett.*); *corr. W.* | propter *Westerh.*: post *codd.* || 5 pro*l*ato *V*, probato *C* || 6 agit *C* || 8 internectit *V* (*dett.*) | pro*l*ato h·*V*, *om. C* || 9 pro*l*ato *V*, probato *C* | an] ad *C* || 11 amabunt *om. C* || 14 GAVDEAM mecum *om. C* | intra *Steph.* (*cf. Th. gl. s. v.* secum): infra *codd.* (*recte? cf. Bonnet, 'Le Latin de Grégoire de Tours' p. 587*) || 15 hoc *C* || 16 haec — COMMODE *om. C* || 17 ex *om. V* | delenitum *cod. Cuiac.*, (*ex* deletum *corr.*) *V*, delectum *dett.* || 21 fingit ⟨se⟩ *V* (*dett.*) || 26 inscantiōē a *C*, instanti ora hac *V* || 27 ad dicendum prouocet *V* (*dett.*)

111 **36** †QVAM EGO QVAE PERCONTER SCIRE† ἔλλειψις: deest enim ʻita grauaris dicereʼ aut ʻita negas te locuturumʼ.

112 **37** 1 ET ILLVD MIHI VITIVM EST MAXIMVM seruile uitium est tacere non posse. 2 ET ILLVD M. V. E. M. hoc lentius apud sese, illud clare ʻsi mihi fidem dasʼ. 3 *Et* iam alia se habere uitia exceptione significat in hoc quod dicit ʻillud mihi u. e. m.ʼ 4 SI MIHI FIDEM DAS animaduerte his dilationibus etiam spectatorem suspendi, quo libentius audiat. 5 SI MIHI F. D. fideliter spondes.

113 **38** AD INGENIVM REDIS quia a se discesserat, si taceret. Cicero (*divin. in Caec. 17, 57*) ʻredit ad se atque ad m. s.ʼ

114 **39** 1 HANC BACCHIDEM AMABAT VT CVMMAXIME eiusmodi haec tota narratio est, ut defensionem adulescentis continere uideatur, quod meretricem amicam necessitate coactus deseruerit. mire igitur unde quaestio est, inde coepit: amabat, inquit, Bacchidem. sic et in secundo Vergilius, an fortiores Graeci Troianis, ʻfracti belloʼ inquit ʻf. r. d. D.ʼ (*Aen. II 13—14*). 2 BACCHIDEM AMABAT ordo et sensus hic est: hanc Bacchidem ut amabat Pamphilus, tum cummaxime amabat, cum pater uxorem ut ducat orare occipit. 3 *Et* ʻutʼ positum est pro ʻquemadmodumʼ. 4 *Et* ʻmaximeʼ bis numero subauditur. 5 *Et* ʻcummaximeʼ una pars orationis est. 6 *Et* ʻcummaximeʼ pro ʻnimisʼ.

116 **41** 1 CVM PATER ʻcumʼ modo aduerbium temporis est pro ʻquandoʼ. 2 ORARE OCCIPIT maxima necessitas: o r a n s pater.

117 **42** ET HAEC COMMVNIA OMNIVM quid si iniustum est

1 *schol. pertinet ad v. 35* | elipsis *V*, ecl- *C* ‖ 3 uitium est mihi *V* ‖ 4 hec *C* ‖ 6 se *om. C*; *del.?* | exceptiue *C* | significans (-cat *Steph.*) in hoc *V* (*dett.*), *om. C* ‖ 7 dixit *C* | illud *om. C* | MIHI *om. V* ‖ 9 spondes *Goetz*: pro des *codd.* ‖ 12 eiusdem modi *C* ‖ 13 est *ante* haec *V* ‖ 14 amicam *om C* ‖ 16 in *om. C* ‖ 18 amare *C* ‖ 19 ⟨est⟩ hic ẽ *C* ‖ 20 cum *2.*] ut *C*, *om. V* (*dett.*) | ut *in ras. C* ‖ 21 accipit *C* | ut — 22 Et *om. C* | quemadmodum ⟨ordo est hanc bachidem — cum pater — occipit (= *schol. 39, 2*)⟩ *V* ‖ 22 tum maxime *C* ‖ 23 est *om. C* | Et] ut *C* ‖ 24 pro ⟨tum maxime⟩ nimis *C* ‖ 26 occepit *C* | magna *V* | orans] est ut oret *V* (*dett.*)

quod orabatur? ostendit iustum et frequentatum quod dicebat pater.

118 **43** 1 SE SENEM ESSE DICERE omnem causam adulescentis senex amputauit pro suo senili commodo rogans; potuisset enim adulescens dicere (*Verg. Aen. XII 48—49*) ‘quam pro me curam g., h. p., o., p. m. d.’ 2 SENEM ESSE DICERE illud posset agere amator contra utilitatem suam, sed non poterat filius contra utilitatem patris. ergo ut cogeret, pater suam causam interponebat.

119 **44** PRAESIDIVM VELLE SE praesidium senectutis subolem et successionem dicit.

120 **45** 1 SED POSTQVAM ACRIVS PATER INSTAT tria dixit: et ‘acrius’ et ‘pater’ et ‘instat’.

122 **47** 1 PVDORIN ANNE AMORI *ἀνακόλουθον*, non enim praeposito ‘utrum’ intulit ‘anne’.

120 **45** 2 ILLE PRIMO SE NEGARE utrum deest ‘ducere’ an ‘negare se’ n u p t i i s? 3 SED POSTQVAM ACRIVS PATER INSTAT postquam, inquit, acrius pater instat, non compulsus est Pamphilus, sed tantum deliberauit.

121 **46** PATER INSTAT maior uis est cum pater i n s t a t, iam non r o g a t.

122 **47** 2 PVDORIN ANNE AMORI OBSEQVERETVR MAGIS sic ostendit in utramque partem, ut tamen in animo honesti adulescentis pudor amorem uincere debuisset. 3 PVDORIN ANNE AMORI latens excusationis ratio explicata est. 4 PVDORI patris scilicet, AMORI meretricis.

123 **48** 1 TVNDENDO ATQVE ODIO t u n d e r e est idem saepe repetere: translatio a fabrorum malleo. 2 ODIO assi-

3 ōīs c̄a *C* ‖ 6 o. p. *om. C* ‖ 7 posse *codd.*, *corr. Steph.* | amātur *C*, -at *V* (*dett.*); *corr. Steph.* ‖ 8 non *Steph.*: ne *codd.* ‖ 10 sobolem *codd.* ‖ 11 successorem *Steph.* ‖ 12 *tria dixit V* ‖ 14 pudori *V* (*dett.*) | anacholuton *V*, -choton *C* | non — anne *om. V* ‖ 15 proposito *C* | anne] anacholiton *C* ‖ 16 NEGARE] negat *C* ‖ 17 nuptias *V* ‖ 19 est *om. C* ‖ 20 INSTAT *om. C* | instantiam non rogat *C*, instat quam cum rogat *V* (*dett.*) ‖ 22 pudori in *C*, pudori *V* (*dett.*) ‖ 23 tamen *om. V* (*dett.*) ‖ 24 ⟨nihilominus⟩ uincere *dett.* (*ed. pr.*) | pudori *V* (*dett.*) ‖ 25 AMORI *om. C* ‖ 26 amore *C* ‖ 27 saepius *V*

duitate: attendenda difficultas uniuscuiusque uerbi. 3 TVNDENDO ATQVE ODIO DENIQVE EFFECIT 'denique' temporis longitudinem significat, ut ⟨***⟩. efficimus uero, quod cum magno conatu et molimine uix per nos accipit finem.

4 TVNDENDO ATQVE ODIO D. E. mire interposuit moras, ad postremum confessurus uxorem ductam. primo, inquit, negauit, post deliberauit, ad postremum duxit; non, inquit, ipse sed effecit hoc senex: ita mutatione personae totam uoluntatem adulescentis absoluit. 5 DENIQVE EFFECIT oratorie tempus apposuit, *nam hoc significat 'denique'*. 6 ODIO hoc est instantia.

*124* **49** DESPONDIT EI GNATAM uide non hic dici 'duxit uxorem Pamphilus', sed totum ad patrem referri.

*125* **50** NE VTIQVAM non nimis.

*126* **51** 1 DONEC IAM IN IPSIS nota locutionem sensu magis quam uerbis manifestam. 2 DONEC IAM IN IPSIS NVPTIIS deest 'positus constitutusue ita doluit et aegre tulit'. 3 Aut repetere debemus sic: in ipsis, inquam, nuptiis.

4 DONEC IAM IN IPSIS NVPTIIS in mentione nuptiarum efferuescit animus amatoris.

*127* **52** 1 NEC MORAM VLLAM QVIN DVCAT nec aliquam dieculam uel dilationem uidet ad nuptias. 2 QVIN quominus.

*128* **53** 1 IBI DEMVM denique, postremum. 2 *Et* mire additum 'ibi', quia male pendebat 'in ipsis nuptiis'. et sic est, quasi dixisset: in ipsis, inquam, nuptiis. 3 DEMVM ITA AEGRE TVLIT VT IPSAM BACCHIDEM SI ADESSET hoc hyperbolicum. Vergilius (*Aen. XI 259*) 'uel Priamo

1 attendenda ⟨est⟩ *V* (*dett.*) ‖ 2 ATQVE — EFFECIT] **** & *C* ‖ 3 ut] et *V* (*dett.*); *fort. vox Graeca* (δήποτε *Schoell; an* τὸ τελευταῖον? *cf. Thes. gl.*) *excidit* | uero *om. V* (*dett.*) ‖ 4 ⟨facimus⟩ uix⟨que⟩ *V* (*dett.*) | finem accipit *V* (*dett.*) ‖ 5 ODIO] m. *C* | ad] quid *C* ‖ 12 despondet *C* | ⟨spondet⟩ uide *C* | dici] -it *C* ‖ 14 non minus *C* ‖ 15 IAM *om. C* ‖ 17 -ue *Steph.*: uel *codd.*; *v. append.* ‖ 21 nec mora nulla que · d · *C* ‖ 22 uel] et *C* | dilatationem *C* ‖ 24 postremo *V* (*dett.*) ‖ 25 additum ⟨est⟩ *V* (*dett.*) | et — nuptiis *om. V* ‖ 26 quasi] quando *C* ‖ 27 TVLIT *om. C* | SI — BACCHIDEM *om. C* ‖ 28 yperbolicum *V* (est *add. dett.*); ὑπερβολικῶς *Steph.*

miseranda m.’ 4 VT IPSAM BACCHIDEM quae nunc accusatrix est. et est argumentum ab animo. 5 AEGRE TVLIT idem Vergilius (*Aen. II 6—7*) ‘quis talia fando M. D.’

129 54 CREDO IBI ‘ibi’ pro ‘tum’.

131 56 1 VT ⟨CON⟩LOQVI MECVM VNA P. *παρέλκον* tertium. 2 *Et* argumentum a persona, quod ait ‘mecum’. 3 PARMENO argumentum a dictis. 4 PARMENO moraliter et a nomine inc⟨ipit⟩ et nomen repetit. 5 *Et* significanter fecit non addendo ‘dicebat’ et sic in *μιμητικὸν* a *διηγηματικῷ* transeundo. 6 *Et* mire interposuit nomen, ut affectum doloris ostenderet. sic Vergilius (*Aen. IV 9*) ‘Anna soror’ etc.

133 58 PARMENO PERII MISER *ἐν ἤθει* repetit nomen.

134 59 1 AT TE DI DEAEQVE P. obtinuit et persuasit seruus, nam iam meretrix seni irascitur, non Pamphilo. 2 CVM ODIO cum instantia et molestia.

135 60 1 VT AD PAVCA REDEAM tamquam multa sint, quae de Pamphili amore dici possint. 2 VT AD PAVCA REDEAM praeceptum oratorium in longa narratione: pro⟨fessio b⟩reuitatis; reddit enim acriorem auditorem, quem spes finis reficit fatigatum. 3 VXOREM DVCIT DOMVM uxor dicitur uel ab ungendis postibus et figenda lana, id est quod cum puellae nuberent, maritorum postes ungebant ibique lanam figebant; uel quod lotos maritos ipsae ungebant. cuius rei Ennius testis est ‘exin Tarquinium bona femina lauit et unxit’ (*Ann. III fr. 4 M. = v. 155 V.*[2]).

1 bachidem ⟨si adesset⟩ *V* ‖ 2 et est *om. C* ‖ 3 d·⟨u·⟩ *V* ‖ 4 pro tum] ·p̃·m̃· *C* ‖ 5 posset una mecum *V* (*dett.*), posset *C* | parelcon *V* (*dett.*), **** *C* ‖ 7 a nomine incipit (infit *Goetz*) et *W.*: a nomine in·e·& *C*, nomine cet *cod. Cuiac.*, antonomasice *V* (*dett.*) ‖ 9 in — *διηγηματικῷ Steph.*: t͂themethicõ (trathemeticon *V*) & dihegemathicõ (dieʳgemathicon est *V*) *CV* (*sim. dett.*) ‖ 11 etc.] e·a· *CV* ‖ 12 *ἐν ἤθει Steph.*: e*** *C*, **** *V* ‖ 13 P.] perdant *V* | timuit *C* | et] ut *V* ‖ 14 tam *C* ‖ 15 et] ac *V* ‖ 18 professio breuitatis *W.*: pro ueritatis *codd.* (inquisitione *add. V, dett.*); *προπαραίτησις Schoell* ‖ 19 auditorem acriorem *V* (*dett.*) | quam *codd., corr. Steph.* ‖ 20 reficit *Westerh.* (*cf. Quintil. IV 2, 50*): recipit *codd.* | fatigatõ· *C* | domum duxit *C*; deducit domum *Ter.* ‖ 24 tarquinum *C*

136 **61** 1 NOCTE ILLA PRIMA pronuntia ‘illa’ quasi dicat: plena desiderii, plena cupiditatis. similiter addidit ‘uirginem’ et expresse ‘non attigit’. 2 NOCTE ILLA PRIMA pronuntiandum ‘illa prima’ id est plena dulcedinis, ut mirum sit quod inferetur non contactam uirginem. 3 *Et* hoc argumenti est, quanti fecerit Pamphilus amicam suam. 4 VIRGINEM NON ATTIGIT ‘uirginem’ emphasis est: quamuis non amatam, uirginem tamen. 5 *Et* non dixit ‘non est amplexatus’ sed ‘ne attigit quidem’.

137 **62** 1 QVAE CONSECVTA EST NOX EAM primam noctem scilicet. 2 NIHILO MAGIS quasi possit in nihilo esse magis aut minus. 3 *Et* NIHILO MAGIS asseuerationis est.

138 **63** 1 QVID AIS CVM VIRGINE VNA inuenitur quasi intentio ‘una’, id est simul, uno loco. 2 CVM VIRGINE a persona; VNA a loco; ADVLESCENS a persona; CVBVERIT ab habitu et occasione;

139 **64** PLVS POTVS ab impulsione et ex accidentibus.

138 **63** 3 CVM VIRGINE VNA ADVLESCENS argumenta in coniecturam necessario posita, quibus Terentius ex utraque parte disputans τὸ ἀπίθανον purgat, ne quis illum stulte posuisse hoc iudicaret; haec enim meretrix tarde credit, argumentis ne a Parmenone uincatur. hinc est quod ait Horatius (*Ep. II 1, 59*) ‘uincere Caecilius grauitate, Terentius arte’.

140 **65** 1 NON VERI SIMILE DICIS αὔξησις peruersa: prius est enim uerum quam ueri simile. 2 *Et* ideo sic dixit, quia est saepe ⟨non⟩ ueri simile, uerum tamen, ut Decios

2 *cupidi*tatis *V* ‖ 4 id est] quasi dicat uel plena amoris uel *V* ‖ 6 hoc *W.*: hic *codd.* | argumentum *V* | quanta *codd.*, *corr. W.* | ⟨erga⟩ amicam *V* ‖ 8 tamen] tenemus *V* ‖ 9 amplexus est *V* | ne] non *V* ‖ 11 posset *C* | esse in nihilo ⟨aut⟩ magis *V* ‖ 13 quasi ⟨semper⟩ *V* | intentio (= ἐπίτασις) *Schoell*: interentio (-um *C*) *CV* ‖ 14 una *om. C* ‖ 16 ad habitum et occasionem *codd.*, *corr. Steph.* ‖ 20 *τὸ ἀπίθανον Steph.*: * * * * *codd.* | purgat *om. C* | stulte illum haec posuisse *V* (*dett.*) ‖ 21 tarde credit meretrix *V* (*dett.*) ‖ 22 a *om. C* | uincitur *C* ‖ 23 facilius *codd.* ‖ 25 DICIS αὔξησις] dum hauseris *codd.* ‖ 26 enim *om. C* | quam] -que *C*, deinde *V* ‖ 27 non *add. Steph.*

pro alieno commodo mori uoluisse. 3 NON VERI SIMILE DICIS hoc iam plus est tantum amatam esse Bacchidem, quantum credi non possit.

141 **66** CREDO ITA VIDERI TIBI NAM NEMO AD TE VENIT magno compendio usus est non ostendens cur hoc falsum sit quod putet meretrix, sed cur hoc putet. ita ex eius persona totum refellitur quod obicit.

142 **67** ILLE INVITVS 'inuitus' dicendo quasi admonet iterum iterumque, ut Vergilius (*Aen. IV 361*) 'Italiam non sponte sequor'.

143 **68** 1 QVID DEINDE F. interponitur persona ad exitum festinans, ut alibi (*Andr. I 1, 100*) 'quam metui quorsum e.' 2 DIEBVS SANE PAVCIS hic est exitus.

144 **69** 1 POST[QVAM] PAMPHILVS ME ne testis quisquam et arbiter secretorum interueniat. 2 ME SOLVM SEDVCIT FORAS familiaris in seruo iactantia de dominorum familiaritate; simul quia decens est, ut per eum quid gestum sit spectatores sciant.

145 **70** NARRATQVE VT VIRGO AB SE hoc est illud quod supra (*v. 61*) dixerat 'nocte illa prima uirginem non attigit'.

146 **71** SEQVE ANTE QVAM EAM VXOREM DVXISSET bonus color purgationis; diceretur enim: quare, si odio illam habebat, duxit uxorem?

147 **72** TOLERARE POSSE 'tolerare' uerbum est mala patientis.

148 **73** 1 DECREVERIM statuerim et defixerim. 2 SED QVAM DECREVERIM ME NON POSSE DIVTIVS HABERE *ἀποστροφὴ καὶ ἠθοποιΐα ἀπὸ διηγήματος εἰς μιμητικήν.*

2 amat amasse *codd., corr. W.* ‖ 3 non possit credi *V* (*dett.*) ‖ 4 VIDERI — VENIT] * * * * * *C* | uenit ad te *V* (*dett.*) ‖ 5 usus est *om. C* | cur] cum *C* ‖ 6 putat *V* ‖ 7 totum *om. V* (*dett.*) ‖ 9 ytaliam *L*, aliam *rell.* ‖ 11 quod *C* | F.] fiet *V* (*dett.*); fit *Ter.* ‖ 12 metui] timeo *Ter.* ‖ 13 e.] euaderes *V* | pauculis *Ter.* ‖ 14 POSTQVAM] *sic etiam Ter. cod. F* ‖ 15 educit foras *V* (*dett.*), *om. C*; deducit f. *Ter. codd. AE* ‖ 16 in seruo] oeudo *ut vid. C*; *οἰκέτῃ Schoell* ‖ 17 decet esse *C* | eum — sit *om. C* ‖ 18 -QVE *om. C* ‖ 19 supra *om. C* ‖ 20 eam *V*, meam *C* ‖ 21 illum *C*, illam (*ante* odio) *V* (*dett.*) ‖ 24 SED — HABERE] menon posse *C* ‖ 25 *ἀποστροφὴ — μιμητικήν Lindenbr.* (*ex cod. Cuiac.?*): apostrophę * * * * me met · *ι* · R · R · H · *C*, apostrophe * * * * *V* (*dett.*); *ἀ. κ. ἠ. ἀπομνημονεύοντος Steph.*

149 **74** 1 EAM LVDIBRIO HABERI honesto uerbo et pudoris pleno est usus. 2 *Et* noue pro 'uitiari'.

150 **75** 1 QVIN quominus. 2 INTEGRAM est hic h o n e s t a m: non enim duxit spoliatam uirginitate aut mulierem. 3 VT ACCEPI A SVIS uigilanter, quod est 'integram . . . ut accepi a suis': potuit enim et uitiata uenisse, ut uenit. 4 Ergo non abundat 'ut accepi a suis', sed habet significationem.

152 **77** 1 PIVM ET PVDICVM INGENIVM erga meretricem 'pium', 'pudicum' erga uirginem. 2 Cogitur dicere 'pium', quem periurum putabat. 3 PIVM ET PVDICVM I. ⟨in⟩ eadem uirgine et 'pium' et 'pudicum'? an 'pium' erga meretricem, 'pudicum' erga uirginem?

153 **78** 1 HOC EGO PROFERRE uerba Pamphili sunt, non ut quidam putant ad personam Parmenonis referentes. 2 HOC EGO PRO. amorem scilicet meretricis.

154 **79** CVI TV NIHIL DICAS VITI nunc 'uitii' culpae uxoriae.

156 **81** ABITVRAM DENIQVE 'denique' moram significat et postremam tarditatem. *itaque p o s t r e m o uel s e r o abituram dicit.*

157 **82** 1 QVID INTEREA exsultantis est et gestientis audire. 2 *Et* INTEREA inter eos dies.

158 **83** 1 SED VT FIT POSTQVAM HVNC ALIENVM 'alienum' pro a l i e n a t o dixit, ut in Phormione (*III 3, 12*) 'quid? ego uobis, Geta, alienus sum?'; nam quomodo 'alienum', si amabat? 2 POSTQVAM HVNC ALIENVM oratorie non

1 EAM] an *C* ‖ 2 usus est *V* (*dett.*) | pronuntiari *C* ‖ 3 QVIN] quo *C* | et hic *C*, *cod. Cuiac.*, hoc est *rell.*; *corr. Goetz* ‖ 4 dixit *codd.*, *corr. Rabbow* | uigilanter — a suis *om. V* | uigilanter *dett.*, -latur *C* ‖ 5 quod est] quidem *Steph.*; *an* quod dicit? | ut] specificat id (hoc *L*) est talem qualem *dett.* (*ed. pr.*) ‖ 6 et *om. V* (*dett.*) | uitiatam *codd.*, *corr. Schoell* | uenisse *C*, cepisse *V* (*dett.*) | ut ⟨saepe⟩ euenit *V* (*dett.*) ‖ 10 pium *1.*] pudicam *C* | pium *2.*] pamphilum (*ante* dicere) *V* ‖ 11 I.] ingenium narras pamphili *V* | in *add. Schoell* ‖ 12 eadem uirgine *C*, an simul erga uirginem *V* ‖ 17 nunc uicię uxor uxorae(!) *C* ‖ 19 DENIQVE denique *Steph.*: abituram (qui *add. C*) *codd.* ‖ 22 quod *C* | et *om. C* ‖ 25 pro alieno *C* ‖ 27 amabat ⟨se dixisset⟩ *V*

tam excusat Bacchidem quam a uerisimili causam uult inducere, quod ipsa fuit in Pamphilum durior. 3 ALIENVM AB SE VIDET id est maritum, nam hoc nomen a meretricibus alienum est.

159 **84** 1 MALIGNA MVLTO 'maligna' difficilis, ⟨nam⟩ malignus est qui difficultatem sui ostendit. 2 PROCAX dispoliatrix et petax; p r o c a r e enim est petere, — 3 *Vergilius (Aen. I 536) 'procacibus austris' id est impudentibus; nam qui multum petit, impudens est et procax.* — unde et p r o c i dicti sunt, qui filias alienas in matrimonium petierunt.

160 **85** 1 ATQVI EA RES 'atqui' immo. legitur et 'atque'. 2 NON EDEPOL MIROR obtinuit quod uolebat Parmeno, nam credidit Philotis iniuriam factam Pamphilo. 3 ATQVI EA RES MVLTO MAXIME opportune concitatius Pamphilum defendit Parmeno, postquam Philotis inducta est, ut fateretur iniuriam factam.

162 **87** 1 ET HANC QVAE DOMI ERAT uxorem modestam; ET ILLAM meretricem malam. 2 ET ILLAM ET HANC QVAE DOMI ERAT 'illam' quae meretrix esset, 'hanc' id est uxorem. 3 COGNOVIT considerauit diligentius et attentius. *nam c o g n o s c e r e est diligenter et attente considerare.* 4 COGNOVIT SATIS bene 'satis': ex ipsius moribus et ex meretricis.

163 **88** 1 AD EXEMPLVM quasi ad imaginem et collationem speciemque comparationis. 2 EXISTIMANS intellegens.

164 **89** HAEC ITA VT LIBERALI ESSE INGENIO qualitas comparatiua.

165 **90** 1 PVDENS MODESTA haec contra uitia meretricia

1 tam] iam *V* (*dett.*) | a] in *V* | causa *codd., corr. W* || 2 fuerit? || 3 maritum idē *C* || 5 nam *add. W.* || 7 est enim *C* || 9 qui *om. C* || 10 et procaci *C* || 12 ATQVI] atque *V* (*dett.*) | atqui] ·a· qui *C, om. V* (*dett.*) | et atqui *V* || 13 NON] nec *C* | mirum *Ter.* || 14 ATQVI] atque ui *C*, atque *V* (*dett.*) || 15 cunctantis *C* || 18 ET *om. C* || 21 considerauit *post* attentius *V* (*dett.*) || 22 considerauerit *C* || 23 ipsis *C* || 25 quas *C* | et speciem *V* (*dett.*) || 27 ingenio esse *V* || 29 uilia *codd., corr. Steph.* (*cf. infra*).

posuit: ‘pudens’ haec, illa ‘procax’, ‘modesta’ haec, illa ‘maligna’. reliqua uero superadduntur ornamenta uxoria laudesque matronae. 2 INCOMMODA ATQVE INIVRIAS caute laudata uxore non repetit uitia meretricis apud meretricem et simul contentus de uxoris laudibus uitia meretricis intellegit. 3 INCOMMODA ATQVE INIVRIAS VIRI OMNES FERRE figura ἔλλειψις est.

*166* **91** 1 TEGERE hoc plus est quam ‘ferre’. 2 *Et* TEGERE quod meretricem amaret. 3 *Et* plus dixit ‘tegere’ quam ‘celare’; ‘tegere’ enim ad hoc dixit, non solum ne cui ediceret, sed et ne quis sciret.

*167* **92** 1 HIC ANIMVS Pamphili. 2 Oratorie dixit: non enim Pamphilum sed animum dixit Pamphili. 3 VXORIS MISERICORDIA amphibolia. 4 HIC ANIMVS ‘hic’ pro ‘tum’. Vergilius (*Aen. IX 246*) ‘hic annis grauis a. ⟨a.⟩ m. A.’

5 VXORIS MISERICORDIA recte, quia ⟨ex⟩ misericordia amor nascitur. sic et in Phormione (*I 2, 49—50*) ‘misertum est. uirgo ipsa facie egregia’ et Vergilius (*Aen. IV 13—14*) ‘heu quibus ille iactatus f.’

*168* **93** 1 PARTIM VICTVS HVIVS INIVRIIS qualitas relatiua.

2 DEVINCTVS PARTIM VICTVS de proximo repetiuit παρόμοιον: ‘deuinctus’ ‘uictus’.

*169* **94** 1 PAVLATIM ELAPSVS EST adeo tardus est amor Pamphili et magnus, ut etiam post iniurias difficile discedat. 2 *Et* ELAPSVS EST animus, non Pamphilus.

*170* **95** 1 POSTQVAM PAR INGENIVM NACTVS EST an sibi par? an absolute b o n u m, ut dicimus ‘sic par est facere te’?

2 Ergo aut s i b i p a r aut u x o r i, id est liberali feminae.

3 matronaeque laudes *V* (*dett.*) | caute — INIVRIAS *om. V* ‖ 5 uxore *C* ‖ 7 eclipsis *C*, elipsis ⟨est⟩ *V* ‖ 8 est *om. C* ‖ 10 tegere *om. C* | dixit ⟨ut⟩ *V* (*dett.*) | ne cui] cuiquam non *V* ‖ 12 animum *C* ‖ 13 dixit *ante* sed *V* (*dett.*) ‖ 15 A.] h · *codd.* ‖ 16 ex *add. ed. pr.* | misericordie *C* ‖ 18 ipse *C* ‖ 20 relatiua ⟨ad ea⟩ *V* (*dett.*), celatura *C* ‖ 21 deuictus *CV* | repetiuit ⟨uictus⟩ *C* | paromion *V*, · n · A · p · o · m · o · ϩ o · n · *C* ‖ 22 deuictus *codd.* ‖ 24 ut *om. C* ‖ 25 animis *C* ‖ 26 PAR *om. C* | an] & *C*; id est? ‖ 27 si *V* ‖ 28 sibi] tibi *V* (*dett.*) | est *om. C*

3 PAR INGENIVM NACTVS EST 'par ingenium' eandem uoluntatem. Sallustius (*Iug. 31, 14*) 'quos eadem odisse et eadem metuere in unum coegit'. idem alibi (*Catil. 20, 4*) 'nam idem u. a. i. n., e. d. f. a. e.'

*171* **96** 1 INTEREA IN IMBRO MORITVR COGNATVS SENEX causa abitionis Pamphili narratur. 2 COGNATVS SENEX bene quod 'senex', nam acerbum funus non conueniebat fabulae. in comoedia itaque apud Terentium aut meretrix molesta aut ex duabus una uxor moritur aut senex: ita ex huiusmodi mortibus uel incommodum uitatur uel lucrum insuper nascitur, ut non sit causa lugendi.

*172* **97** 1 HORVNCE maluit 'horum' quam 'dominorum' dicere. 2 EA AD HOS LEGE REDIBAT HEREDITAS uerbo iuris usus est: ea enim legitima est hereditas, quae familiae debebatur.

*173* **98** 1 EO AMANTEM modo iam uxorem, non enim amicam. 2 INVITVM PAMPHILVM inuitum recessisse uis uerbi demonstrat; nam proprie e x t r u d e r e dicitur, qui manibus expellit. sed hic translatione usus est, ut ostenderet tantum importunitatis uerbis senis fuisse, quantum impulsio manuum efficere potuisset. 3 EXTRVDIT uerbum necessitatis.

*174* **99** 1 RELINQVIT ἐνάργεια praesentis temporis. *legitur et 'reliquit'*. 2 RELINQVIT CVM MATRE HIC VXOREM praeparatio ad futurum errorem. 3 NAM SENEX RVS ABDIDIT SESE 'nam' hic inceptiua particula est, ut 'nam meus conseruus est homo haud magni preti' Plautus in Milite glorioso ~~(*II 1, 67*)~~. 145

1 NACTVS — ingenium *om. V* ‖ 2 quos ⟨omnis eadem cupere⟩ eadem *etc. Sall.* ‖ 4 a. *1. om. V* ‖ 5 umbro *CV* ‖ 6 ambitionis *C* (*dett.*) ‖ 7 quod ⟨ait⟩ *V* (*dett.*) ‖ 10 moribus *C* ‖ 12 HORVNCE] horum et *codd.* ‖ 13 EA] et *V* | hoc *V* | rediebat perlonge hereditas *V* (*dett.*), l · r · h · b · *C* ‖ 14 usus est *om. C* ‖ 20 uerbum *codd., corr. Steph.* | quanta *codd., corr. Steph.* ‖ manum *C* ‖ 21 facere *V* | extendit *C* ‖ 23 ἐνάργεια *W.* (*cf. Eun. III 5, 16*; *Hec. III 1, 16*): inertia *V*, ineptiam *C* | temporis *om. C* ‖ 23 reliquit] *sic Ter. codd. CPE* | RELINQVIT *et* VXOREM *om. C* ‖ 24 errorem] uxorem *C* ‖ 25 se *V* | huc *C* | est *om. C* ‖ 26 conseruus *om. C* | aut *C*, ut *V* (*dett.*); aut *etiam Plauti codd. praeter* $B^2$

175 **100** 1 RVS ABDIDIT SESE uerbum reprehendentis senem, quod 'sese abdidit' dixit. 2 HVC RARO IN VRBEM COMMEAT 'huc' bene dixit, ut ostendat Parmenonem in urbe esse. 3 Mira *οἰκονομία*: fac enim praesentem et nullus error in fabula est. 4 COMMEAT commeare est abesse inde, ubi te esse oporteat, — *hoc ergo dicto ostendit, quam raro ad urbem ueniat senex,* — quippe commeatus est ex aliqua commoratione temporalis abscessus.

176 **101** 1 QVID ADHVC HABENT I. bene usque adhuc suspensa narratio est. et in hac interrogatione quasi substomachatur Philotis decepta, quod nihil uideat infirmitatis in nuptiis, quod optauerat. 2 QVID ADHVC HABENT hoc tristior meretrix dixit.

177 **102** 1 NVNC AVDIES sic ait quasi iamdudum audire cupienti. 2 Vel ad molestam percontatricem.

178 **103** 1 BENE CONVENIEBAT SANE 'sane' bene pro 'multum'. 2 *Et* SANE satis, ualde, quia qui sanus, idem ualidus.

179 **104** MIRIS MODIS miris exemplis.

178 **103** 3 INTERIM MIRIS MODIS ODISSE huc usque Parmenonem poeta uerba passus est dicere cetera actibus seruaturus. 4 INTERIM MIRIS MODIS mire ad finem comoediae rerum explanatio reseruatur. namque si quaeras, fallitur Parmeno, cum non odio socrus sed pudore simultatem aduersus socrum Philumena assimulauerit. 5 INTERIM modo repente. et est aduerbium temporis.

180 **105** 1 POSTVLATIO expostulatio, querela. 2 Sed proprie expostulatio est apud illum ipsum qui peccauerit, postulatio de illo apud alterum.

1 RVS *om.* *C* | se *C* ‖ 4 Mira] magna *V* (*dett.*) | oikonomia *C*, oeconomia *V* (*dett.*) ‖ 5 COMMEAT *om.* *C* ‖ 6 unde *C* | ergo hoc *V* (*dett.*) ‖ 7 ⟨et⟩ senex *V* (*dett.*), ⟨et⟩ sepe *C* ‖ 8 commemoratione *codd.*, *corr.* *Steph.* | temporali ab excessus *C* ‖ 9 habet *V* (*dett.*), h· *C*; *sic et 12* | I.] infirmitatis *V*, *om.* *C* ‖ 12 quod] quas *V* (*dett.*) ‖ 14 hunc *C* | sit (*om.* ait) *C* ‖ 17 satius *codd.*, *corr.* *W.* | ualide *V* | ualidus idem sanus *C*, sanus est ualidus est *V* ‖ 20 certa *C* ‖ 22 reseruatum *C* ‖ 23 simultatem *Steph.*: sterilitatem (sterel- *C*) *codd.*; hostilit- *Schoell* ‖ 24 assimulat$^{2}$ *C*, $^{as}$simulauerat *V* (*dett.*), *corr.* *Steph.* ‖ 25 et] q2 *C* ‖ 27 est *om.* *C*

*181* **106** 1 QVID IGITVR recte dixit: si hoc non fuit, quid ergo? (= *106, 2*)

*180* **105** 3 POSTVLATIO querela et quasi iusta interpositio querelarum.

*181* **106** 2 QVID IGITVR recte dixit: si hoc non fuit, quid ergo? (= *106, 1*)

*182* **107** 1 FVGERE E CONSPECTV ILICO bene 'e conspectu', utpote quae caueret grauida intellegi. sed tamen subiungitur 'uidere nolle', ut ignorantia Parmenonis appareat, qui argumentum odiorum credidit, quod Philumena neque uideri iam uellet neque uidere. 2 FVGERE E CONSPECTV ne uideretur;

*183* **108** 1 VIDERE NOLLE ne uideret. 2 DENIQVE VBI NON QVIT PATI 'pati' et sustinere et sustineri intellegi potest hoc loco. 3 Utrum: postquam non potuit sustinere socrum? an: postquam illa ferre non potuit sic se celantem nurum? 4 Potest etiam sic intellegi: ubi non potuit augmenta odii sui ipsa nurus pati et continere, migrauit a socru. 5 NON QVIT PATI tolerare aut tolerari, quia patior commune est; nam patior te et a te dicimus.

*184* **109** ABIIT proprie 'abiit', quia non exspectauit, ut mitteretur.

*185* **110** 1 VBI ILLIC DIES EST C. ἀρχαίως 'dies', non 'diebus' dixit. 2 ACCERSI IVBET non addidit quae, quia intellegitur.

*186* **111** DIXERE CAVSAM TVNC NESCIO Q. ideo '⟨nescio⟩ quam', quia nullius momenti ac falsam.

5 ⟨igitur (ergo *C*)⟩ recte *codd.* | quidem *C* ‖ 6 ergo (igitur *V*) ⟨non⟩ *codd.* ‖ 7 e] in *C*, *om. V* ‖ 8 gaudia *C* | intelligis (-$\overset{s}{\text{m}}$ *V*) *codd.* | sed] si *V* (*dett.*) | subiungitur *Klotz*: -guntur *C*, -gimus *V* ‖ 10 qui *Steph.*: quia *codd.* ‖ 14 QVIT] quod *C*, quiuit *V* (*dett.*) | et *1.*] non *add. C* | sustinere *2. C* ‖ 16 an *Steph.*: aut *CV* | illa *W.*: illam (socrus *add. V, dett.*) *codd.* ‖ 17 etiam] enim *V* ‖ 18 argumenta *codd., corr. Lindenbr.* ‖ 19 a socru *Westerh.*: ad socrum (-cerum *C*) *codd.* | quiuit pati *V* (*dett.*), pati quod *C* ‖ 24 c.] complures *V*, *om. C* (*dett.*) | αρχεος *G*[2], apexoc *C*, *om. V* ‖ 25 decessi *C* | IVBET — quae *om. C* ‖ 26 dicere *C* | TVNC — Q.] non *C* | ideo — quam *om. V* (*dett.*) | nescio *add. Steph.*

*187* **112** 1 NEMO REMISIT hic iam apertius odium uidetur, ubi iam nec fingitur causa. 2 POSTQVAM ACCERSVNT subauditur 'nostri', id est missi a socru.

*189* **114** 1 IT VISERE A. ⟨E.⟩ ut (*Verg. Aen. I 527—28*) 'populare penates uenimus'.

*187* **112** 3 POSTQVAM ACCERSVNT missi a nobis scilicet. et mira uarietas.

*189* **114** 2 IT VISERE AD EAM uisere officii est, uidere quaerentis aliquem. 3 ADMISIT NEMO iniuriosa etiam ipsa pronuntiatio est. 4 HOC VBI SENEX RESCIVIT scimus quae ad nos deferuntur, rescimus celata.

*190* **115** HERI EA CAVSA bene 'ea causa', quippe qui se ruri abdidisset.

*192* **117** 1 NONDVM ETIAM SCIO παρέλκον tertium.

*193* **118** 1 *Et* deest 'scire' (= *118, 4*). 2 *Et* est σύλληψις 'scio' 'scire' cum ἀναβάσει.

*192* **117** 2 NONDVM ETIAM recte seruauit reliquis partibus fabulae pendulum et attentum spectatorem.

*193* **118** 3 NISI SANE CVRAE EST QVORSVM EVENTVRVM HOC S. bene, quia curiosus est Pårmeno et idem garrulus; nam per totam fabulam talis inducitur. 4 CVRAE EST QVORSVM EVENTVRVM HOC S. deest 'scire' (= *118, 1*).

*194* **119** 1 HABES OMNEM REM quasi dicat 'quam audire expetisti'. 2 PERGAM QVO COEPI HOC ITER 'pergam iter' ut (*Verg. Aen. VI 240*) 'tendere iter'. 3 QVO COEPI HOC ITER ad portum scilicet.

*195* **120** 1 NAM CONSTITVI CVM QVODAM HOSPITE dicit causam, cur in reliqua fabula non appareat persona huius

1 remiserit *V* (*dett.*), *om. C* | hoc *C* ‖ 4 It *V*, id *C*; *sic et infra* | a · ut *V*, aut *C* ‖ 6 accersitur *C* | a nobis missi *V* ‖ 7 ueritas *C* ‖ 8 officium *C* ‖ 9 nemo remisit (= *v. 112*) *C* ‖ 11 relata *V* (*dett.*) ‖ 14 παρελκον $G^2$, parelcon *V* (*dett.*), **** *C* ‖ 15 Et deest scire] *haec ad* NISI SANE CVRAE EST *pertinent, cf. infra* | συλληψις $G^2$, **** *rell.* ‖ 16 ἀναβάσει *Steph.*: ana *** *C* (*ed. pr.*), **** *V* ‖ 18 pendolum *C* ‖ 21 inducetur *V* | CVRAE — S.] quorsum me uenturum *** cure est *C*, quorsum euenturum curae est hoc s · *V* (curae — s. *om. in lac. dett.*; ἔλλειψις *suppl. Steph.*) ‖ 24 petisti *C*

meretricis. 2 CONSTITVI 'constitui' proprie, nam 'constitutum' de huiusmodi rebus dicitur. 3 Conuenire et constituere: ⟨de⟩ eius modi rebus apud extraneos meretrices agunt.

196 **121** DI VORTANT BENE QVOD AGAS saepe enim res aliter quam uolumus eueniunt. et ideo Vertumnus colitur, qui praeest rebus se uertentibus.

---

## II.

### 1.

198 **1** 1 PRO DEVM ATQVE HOMINVM FIDEM in hac scaena accusatio socrus est, quae se coniecturaliter defendit dicens nihil a se factum in perniciem nurus. 2 PRO DEVM ATQVE HOMINVM FIDEM ἐμπαθῶς ab exclamatione coepta scaena est; senex enim est difficilis et iratus. 3 QVOD HOC GENVS EST QVAE EST HAEC CON. conatur Terentius aduersum famam socrum bonam reperire. 4 *Et* incipit a generali exclamatione, quo uehementior sit eius accusatio, paulatimque ad speciale crimen descendit. 5 QVOD HOC GENVS EST accusatio a persona, cui accidit ex sexu, quod socrus est. 6 CONIVRATIO consensio bonae rei est, coniuratio malae. inde et Catilinae coniuratio dicta est. 7 QVAE EST HAEC ⟨C.⟩ accusatio a re.

199 **2** 1 VTIN OMNES MVLIERES AEQVE ⟨E.⟩ S. bono argumento utitur: laesisti nurum, quia socrus es et nulla socrus

1 constitui *om. C* | constitutum ⟨est⟩ *C* ‖ 2 *ante* conuenire *haec fere excidisse uidentur* CONSTITVI . . . CONVENTVRAM bene ‖ 3 de *add. Steph.* ‖ 5 diuortant *C*, dii uertant *V* | res *om. C* ‖ 6 uolumus] uolui non *C* | ideo] non *C* | uulturnus *C* ‖ 7 se *om. C*; *at cf. Ad. IV 7, 10* ‖ 9 se *om. C* ‖ 11 εμπαθοσ *G*² (-θῶς *Steph.*), **** *rell.* ‖ 13 quae haec con· (*om.* EST) *C*, q·c·h·e· *V* ‖ 14 famam *om. C* | repetere *C* ‖ 15 inclamatione *C* ‖ 17 genus ⟨hominum⟩ est *V*, g·e· *C* ‖ 18 confessio *codd., corr. Westerh.* ‖ 20 HAEC *om. C* ‖ 21 VTIN] ut *V* (*dett.*); *sic et p. 227 l. 1* | omnis *C* | s. *om. C* ‖ 22 nurum] mulierem *C* | es *ed. pr.*: est *codd.* | socrum *C*

nurum diligit. 2 VTIN OMNES MVLIERES accusatio a causa. 3 EADEM STVDEANT maioris operis est studere quam uelle.

200 3 NEQVE DECLINATAM QVICQVAM id est flexam uel inflexam, ab eo quod declinauerit, ne parum sit ‘diuersam’ uel ‘dissimilem’ dixisse, ut est (?) ‘illum tumultum inflexit’.

201 4 1 ITAQVE ADEO VNO ANIMO nescias, an ex sententia hac uel adeo ex hac scaena nomen fabulae sit inuentum. 2 ITAQVE A. necessaria sententiae amphibolia ad describendam utramque personam.

202 5 1 VIRIS ESSE ADVERSAS aliud argumentum: laesisti nurum, ut mihi aduersareris, nam mulier es et omnes mulieres aduersantur uiris. 2 SIMILIS PERTINACIA EST αὔξησις, nam ‘studium’ et malum et bonum est, ‘pertinacia’ uero numquam non mala. 3 AEQVE STVDIVM EST dedita opera. 4 STVDIVM EST uoluntas hominis attentior atque impensior.

203 6 IN EODEM OMNES MIHI VIDENTVR tria in accusatione posuit, ex quibus duo sunt communia, unum ipsius: quod mulier est et quod socrus, communia, quod ipsa specialiter magistra est ad malitiam, Sostratae. ex his colligit iniuriam passam nurum per coniecturam.

204 7 ET EI LVDO SI QVIS EST MAGISTRAM magna amplificatio criminis: dubitat an sit ludus malitiae et magistram non dubitat Sostratam, sed ‘certe scio’ inquit.

205 8 1 ME MISERAM et haec ἐμπαθῶς coepit, sed ad misericordiam spectat defendentis oratio. 2 QVAE NVNC QVAMOBREM ACCVSER NESCIO oratorie pro se loquitur mu-

1 O·M·*C* ‖ 4 declinatum *C* ‖ 5 parum *ed. pr.*: pars *codd.* ‖ 6 ut est] *fort.* ut Sallustius (*Hist.*): *Schoell* ‖ 8 an] aut *C* ‖ 9 hac *om. C* ‖ 13 aduersaris *C* | mulier es *cod. Cuiac.*, mulieres *C*, socrus *V* (*dett.*) ‖ 15 αυξησισ $G^2$, **** *rell.* | et malum *om. C* ‖ 16 uero — non] omniquam nunc *C* ‖ 17 STVDIVM EST *om. C* | uoluntatis *V* ‖ 19 OMNES *om. C* ‖ 20 unum — communia *om. C* ‖ 22 Sostratae *Klotz*: sostrata et (q2 *C*) *codd.* ‖ 24 QVIS] ullus *Ter.* ‖ 26 inquit *om. C* ‖ 27 hoc *C* ‖ ἐμπαθῶς *Pith. ex cod. Cuiac.*: **** *V*, *om. C* | sed *om. C* ‖ 29 loquime *C* | mulieri *V*

lier, siquidem maioris innocentiae est nescire crimen quam defendere. et his uerbis ostenditur sine noxa esse etiam Philumenam, non solum hanc quae loquitur, Sostratam.

207 **10** 1 ITAQVE modo duae partes sunt orationis.

206 **9** 1 NON ITA ME DI BENE AMENT ⟨M. L.⟩ modo 'mi Laches' non est blandientis sed eius qui periclitetur innoxius. 2 NON ITA ME DI AMENT *ἄτεχνος πίστις* per iusiurandum. 3 NON ITA M. D. A. animaduertendum ueteres non minus *εὐφημισμόν* in uerbis quam *κακέμφατον* neglexisse, uelut hic 'non ita me di bene ament'.

207 **10** 2 DI MALA PROHIBEANT seniliter odit uxorem, cuius amor optabilis fuit in adulescentia. 3 DI MALA PROHIBEANT 'ut una ⟨inter⟩ nos agere ae. l.'

208 **11** 1 POSTMODVM RESCISCES haec figura ab oratoribus *ἐπαγγελία* nominatur, in qua aliquid promittimus iudicibus nos probaturos, cum metuimus, ne quid illis temere persuasum sit. 2 POSTMODVM RESCISCES fiducia innocentiae.
3 Resciscere est, ⟨cum⟩ quod de industria celatur, uix argumentorum ui agnoscitur.

209 **12** AN QVICQVAM PRO ISTIS F. amare *παρ' ἀξίαν*.

210 **13** 1 QVAE ME ET TE ET FAMILIAM iam sic accusat, quasi probauerit crimen. et est amplificatio. 2 QVAE ME ET TE ET F. haec exaggeratio est, quae *δεινότης* appellatur, cum ex uno maleficio multa fiunt ab oratoribus crimina. 3 DEDECORAS dedecoratur quod honestum est animo, turpatur quod honestum est corporale.

2 his] huius *Rabbow* ‖ 4 orationis sunt *V* (*dett.*) ‖ 5 bene ⟨ne⟩ *C* ‖ 6 eius] herus *C* ‖ 7 NON — AMENT *om. C* | ΑΤΕΧΝΟϹ ΠΙϹΤΙϹ *cod. Cuiac.*, **** *CV* ‖ 8 M. D.] dii *C* ‖ 9 eyfemis mori *C*, euphemismon *V* | cacephaton *V* (*dett.*), **** *C* ‖ 10 hinc *C* ‖ 11 *di* $male^{a}$ *prohibeant V* | similiter *C* ‖ 12 obstabilis *codd.*, *corr. Steph.* ‖ 13 l.] i · *CV* ‖ 14 rescisses *codd.* ‖ 15 *ἐπαγγελία* (*cf. Isid. or. II 21, 45; Rhet. gr. I 352, 26 Sp.*)] **** *codd.*; *ἐπάγγελμα Steph.* ‖ 17 rescisses *codd.* ‖ 18 rescissere *C*, rescire *V* | est] scilicet *Schoell* | cum *add. Steph.* ‖ 19 argumentorum ui *Steph.*: argumentum uix *codd.* ‖ 20 F.] factis *V*, *om. C* | *παρ' ἀξίαν Schoell* (*coll. II 1, 23*): ***** *codd.*; *παρὰ προσδοκίαν Steph.* ‖ 23 ET F.] q2 p *C* | dynotes *C*, diuores *V*, cliuores *G*[2] ‖ 25 dedecoratur *om. C* ‖ 26 animo *om. V* | turpiter *C* | quod *om. C*

212 **15** 1 SVOS CVI LIBEROS COMMITTERENT nota 'liberos' in significatione et unius filiae. 2 DIGNVM CVI LI. CO. multum sonanter et accusatorio strepitu nec masculinum nec femininum genus posuit nec unam sed 'liberos'. sic Cicero (*in Verr. II, I 37, 93*) 'en cui tuos liberos committas', cum de uno ageret, et (*ibid. 58, 153*) 'habemus enim liberos omnes' de puella. 3 DIGNVM sic dixit 'dignum', ut honoris sit genus accipere uxorem meruisse.

213 **16** 1 TV SOLA ⟨E.⟩ emergis, repeririis. uerbum hoc impudentiam notat. Cicero (*pro Deiot. 1, 3*) 'exortus est seruus, qui, quem in eculeo a. n. p., e. a. s.' 2 EXORERE exsistis. 3 Exoriri dicitur, qui non exspectatus inuadit aliquem.

214 **17** 1 TV INQVAM MVLIER QVAE ME τὸ 'mulier' ἔμφασιν malitiae habet et omnino expressio consuetudinis est ad indignationem. 2 *Et* lapis numquam utilis nisi ad telum: quem magis ad iniuriam delegit, nam saxum melius quam lapis, ut Vergilius (*Aen. XI 131*) 'saxaque subuectare humeris' etc. 3 TV INQVAM MVLIER sic Εὐριπίδης (*Androm. 35*) 'πολλὰς ἂν εὕροις μηχανάς· γυνὴ γὰρ εἶ' et Vergilius (*Aen. IV 569—70*) 'uarium et mutabile semper femina'. 4 LAPIDEM NON HOMINEM sufficeret 'lapidem putas', sed de stomacho additum 'non hominem'. Plautus (*Mil. glor. II 2, 80*) 'erus meus elephanti corio circumtectus est, non suo'. 5 NON HOMINEM PVTAS ἐν ἤθει. sic Apollodorus 'σύ με παντάπασιν ἥγησαι λίθον'.

1 cui suos liberos committent *V* (*dett.*), suos citi ·i·e· *C* ‖ 2 LI. CO.] loco *codd.* ‖ 3 sonatur *C* ‖ 4 genus nec femininum *V* (*dett.*) ‖ 5 en *om. C* ‖ 6 cum denuo ⟨committas⟩ ageret *C*, *om. V* (*dett.*) | et] q2 *C* ‖ 7 omnes] paruos *Cic.* | dixit] Virg· *C*; *fort.* sic Vergilius (*Aen. III 475*) 'dignate', ut *etc. Schoell* ‖ 8 genus sit *V* (*dett.*) ‖ 9 imprudentiam *V* ‖ 10 nota *C* ‖ 11 exorare *C* | existas *codd.* ‖ 12 dicitur] igitur *C* | non *om. V* (*dett.*) | expectat *C*, -tans *V* (*dett.*) | inuadunt *C* ‖ 13 τὸ *W.* (*cf. IV 1, 10*): tu *codd.* | emphasim *V* (*dett.*), ·n· *** cuι *C* ‖ 18 et pipides *V*, **** *C* ‖ 19 πολλὰς — εἶ *Lindenbr.* (*ex cod. Cuiac.?*): prope **** *C*, ****** *V* (*dett.*) ‖ 20 mobile *V* ‖ 22 non hominem additum ⟨est⟩ *V* (*dett.*) ‖ 23 corio tectus *V*; c. circumtentus *Plaut.* ‖ 24 est *om. C* | NON *om. C* | ἐν ἤθει *Steph.*: **** *codd.* ‖ 25 CY ΜЄ ΠΑΝΤΑΠΑCΙΝ ЄΗCΑΥΛΙΘΟΝ *cod. Cuiac.* (*corr. Cobet*), *lac. rell.*

*215* **18** AN QVIA RVRI ESSE CREBRO memor sui est, qui dixerat (*I 2, 100*) ʻrus ab. s.ʼ

*216* **19** QVO QVISQVE PACTO VESTRORVM ʻuestrorumʼ pro ʻuestrumʼ. sic ueteres.

*217* **20** MVLTO MELIVS HIC QVAE FIVNT ὑπερβολῇ usus est, ut in Adelphis (*III 3, 42—43*) ʻaut non totis sex mensibus prius olfecissem?ʼ

*218* **21** 1 IDEO QVIA VT VOS MIHI DOMI ERITIS mire confirmat unde sciat, ne suspiciose crimen obicere uideatur. 2 *Et* bene ʻmihiʼ, quia commoditas familiae ad hunc redundat.

*219* **22** IAM PRIDEM EQVIDEM AVDIVI CEPISSE ODIVM TVI PHILVMENAM primo obiurgatio est Sostratae cur non amet nurum, secundo est cur non ametur a nuru, tertio cur usque adeo, ⟨ut⟩ puella nupta deserat domum.

*220* **23** MINIMEQVE ADEO MIRVM satis amare pro merito dicit ʻodiumʼ, contra meritum ʻ⟨minimeque⟩ a⟨deo⟩ mirumʼ. simulque excusat nurum, quae oderit talem socrum, et simul praeuenit: quid si non laesa est, sed odio me habet?

*221* **24** SED NON CREDIDI ADEO deest ʻosuram fuisseʼ.

*222* **25** ILLA HIC MANERET ⟨* * * * *⟩.

*223* **26** 1 ⟨AT VIDE QVAM IMMERITO AEGRITVDO HAEC ORITVR MIHI ABS TE SOSTRATA⟩ ἠθικῶς post acrem inuectionem se ipsum miseratur, ut inuidiam durae inclamationis in illam conuertat. sic in Andria (*V 2, 25—26*) ʻage nunciam: ego pol h., ⟨s.⟩ u., t. o., e. q. s. p. ⟨f.⟩ʼ et continuo (*ibid.*

1 crebro esse *V* (*dett.*) | memor sui est] *sc. poeta* (*cf. II 2, 9*); serui *pro* sui *Rabbow coll. Phorm. II 1, 4* ‖ 2 ab. s. (= abdidit sese)] abis *codd.* ‖ 3 QVO] qui *V* (*dett.*) | quisquam *C*, (*post* pacto) *V* (*dett.*) | uestrorum *om. C* ‖ 5 υπερβολη $V^2G^2$, * * * * *C* (*dett.*) | est *et* in *om. C* ‖ 6 totis] prius (plus *C*) *codd.* ‖ 8 *u*os *V* ‖ 9 uideretur *V* ‖ 10 ad huc *C* ‖ 11 redundat. IAM] redundãtia *C* (*add.* est *dett.*), redundat *V* ‖ 14 est] & *C* | a nur*u* *V*, at nurum *C* | tertia *C* ‖ 15 adde *C* | ut *add. Westerh.* ‖ 17 minimeque adeo mirum *W.*: amorem *codd.* ‖ 18 oderit *D*, -rat *rell.* ‖ 19 quod *C V*, *corr. Steph.* ‖ 20 SED] si *C*, et *V* (*dett.*) | deest *Steph.*: id est *codd.* | usuram *codd.*, *corr. ed. pr.* ‖ 21 hic illa *V* | *lac. sign. Klotz* ‖ 22 AT — ἠθικῶς *Steph.*: * * * * *codd.* ‖ 23 inuectionem se *et* ut *om. C* ‖ 24 illum *codd.*

*27—29*) '⟨o⟩ Chreme, pietatem gnati! non te miseret mei? t. l. c. o. t. f.?' 2 QVAM IMMERITO AEGRITVDO HAEC ORITVR MIHI ABS TE SOSTRATA postquam de iniuria dixit, ⟨dicit⟩ de persona eius, cuius fama est in discrimine. 3 AEGRITVDO HAEC ORITVR 'oritur' et magnitudinem rei significat et repentinum impetum, ut supra (*v. 16*) 'tu sola exorere'.

*224* 27 1 RVS HABITATVM ABII quia dixit (*I 2,99—100*) 'senex rus abdidit se'. 2 CONCEDENS VOBIS ne diceretur: quid si uoluptatis causa? 3 VOBIS melius pluraliter quam si diceret 'tibi'.

*225* **28** 1 SVMPTVS VESTROS OTIVMQVE 'sumptus uestros' idem quod alibi (*Ad. I 1, 17*) 'uitam urbanam'. 2 Vel quod nihil acquiritis. 3 Ut in Adelphis (*I 1, 17—18*) 'ego hanc clementem uitam urbanam atque o. s. s.'

*224* **27** 4 CONCEDENS VOBIS ET REI SERVIENS 'concedens uobis', id est: ut uos in urbe essetis. 5 REI SERVIENS res seruit diuitibus quia abundant, rei seruiunt pauperes, quia se coartant ad angustias rei. ita ergo res pro qualitate sua et seruit et ei seruitur. Horatius (*Ep. I 10, 47*) 'imperat aut seruit collecta pecunia cuique'.

*225* **28** 4 OTIUMQUE hoc amare quasi nihil agentibus. 5 VT NOSTRA RES POSSET ⟨P.⟩ mediocris scilicet ut comici patris familias.

*226* **29** PRAETER AEQVVM ATQVE AETATEM MEAM 'praeter aequum' quia uos estis domi uel quia uos fruimini, cum ego delaborarim, 'aetatem' quia senex. Vergilius (*Aen. VI 114*) 'uires ultra s. s.'

1 non] *sic cod. Ter. D, rell.* nonne ‖ 2 f.] e · *codd.* | hec egritudo *C* ‖ 3 dicit *add. Schoell* ‖ 4 in discrimine *W.*: id est cum *codd.* ‖ 5 oritur *post* et *C*, *om. V* (*dett.*) ‖ 6 exoriri *C* ‖ 8 se] sed *C* | quod *V* ‖ 9 sit *codd.*, *corr. Westerh.* | uoluntatis *C* ‖ 10 tibi *in ras. V*, quis *C* (qui *dett.*) ‖ 11 sociumque *C*, sociosque *V* ‖ 12 id est *C* | uitam] *in mg.* otium $V^1$ (= *dett.*) ‖ 14 s. s.] s · *C* ‖ 15 ET REI] ei rei *C*, $\stackrel{\text{rei}}{\text{et}}$ *V* ‖ 17 res] reis *C*, rei *V* | diuitibus *V* | abundat *C* | rei *om. V* ‖ 18 angustas *C* ‖ 19 ei ⟨rei⟩ *codd.* ‖ 21 omniumque *C* | hoc *cod. Cuiac. et Huls.*, hoc ⟨est⟩ *C*, hic *V* (*dett.*) | amore *C* ‖ 25 domi *C*, domini *V* (*dett.*) ‖ 26 delaborarim *Schoell*: deleuerim *codd.*; doluerim *ed. pr.*

*227* **30** 1 NON TE PRO HIS CVRASSE REBVS mirus sensus: pro his, inquit, tot rebus unam et facilem redderes: curares, ne quid aegre esset mihi. 2 *Et* 'te' sic pronuntiandum, quasi dicat: etsi alii non curarent, ⟨tu⟩ curare debuisti.

*228* **31** 1 NON MEA OPERA NEQVE ⟨POL⟩ CVLPA uellet dicere 'nurus culpa euenit', sed melius dixit 'non mea', ne accusando confirmaret quod dixit senex (*v. 4*) 'omnes socrus oderunt nurus'. 2 NEQVE POL CVLPA EVENIT bene additum 'neque pol culpa': potuit enim fieri, ut non fecerit ipsa iniuriam, sed tamen permiserit fieri. mire tamen nec ipsa accusat nurum. 3 Videtur unum dixisse 'opera' et 'culpa', et tamen non est idem: opera enim est, si scientes laeserimus, culpa, si nescientes; quorum alterum sceleris, alterum stultitiae est.

*229* **32** 1 SOLA HIC FVISTI noua ratio. et deest 'enim', ut sit: sola enim hic fuisti. 2 ⟨SOLA HIC FVISTI⟩ quod ad filium et maritum pertinet, nam non sola, cum qua nurus. 3 SOLA quantum pertinet ad regendam domum; ceterum et filius et nurus erant. 4 *Sed* SOLA id est sine me. 5 IN TE OMNIS HAERET CVLPA si est in nuru iniuria aliqua, culpa in te omnis est tamen, Sostrata. 6 SOLA SOSTRATA optime geminauit 'sola' more irascentium, non nudum nomen posuit. 7 *Et* 'Sostrata' additum ad amaritudinem inclamantis.

*230* **33** 1 CVM EGO VOS SOLVI CVRIS CETERIS 'uos' pro 'te', ut (*Verg. Aen. XII 60*) 'desiste m. c. T.'

*231* **34** 1 CVM PVELLA ANVM SVSCEPISSE INIMICITIAS hoc dicit, tamquam concesserit etiam nurum iniquam esse.

2 facile *C* ‖ 4 tu *add. Westerh.* ‖ 6 uellem *V*, (*ante corr.*) *C* ‖ 7 nec accusatio *C* ‖ 8 ⟨ut⟩ socrus *C* ‖ 10 culpae *V* | fieri *om. V* | fec*erit* *V* ‖ 11 iniuria *C* ‖ 12 ipsa *om. V* | unum] ortum *C* ‖ 13 et *om. V* ‖ 14 hec erimus *C* ‖ 16 noua *om. C* | oratio *V* | enim] omnibus *C* ‖ 17 SOLA HIC FVISTI *add. W.* ‖ 20 erat *C* ‖ 21 sic est *C* | in nuru *om. C, cod. Huls.* ‖ 22 SOLA SOSTRATA *om. C* ‖ 23 ⟨et⟩ geminauit *C* | irascentum *C* | non nudum *W*: nondum (uel nudum *add. L*) *dett.*, nūdum *C*, nudum *V*; ⟨tum⟩ demum *Schoell* ‖ 25 conclamantis *C* ‖ 28 suscepisset *C*

*230* **33** 2 CVM EGO VOS SOLVI noua figura ‘sola’ ‘uos’.

*232* **35** 1 ILLIVS DICES CVLPA FACTVM praeuenit defensionem et eam sic pronuntiauit ut crimen.

*231* **34** 2 CVM PVELLA ⟨ut illam⟩ ‘puellam’ blande dixit, ita hanc cum amaritudine ‘anum’.

*232* **35** 2 HAVD EQVIDEM DICO MI L. ‘mi Laches’ modo dixit quasi grauissimum accusatorem arguens et quasi defatigata et delassata eius inclamationibus. non ergo blandimentum est modo ‘mi’, sed inuidiose rogitantis.

*233* **36** 1 GAVDEO ITA ME DI AMENT quod similis filius non sit an quod talem uxorem habeat, quam nec inimica accusare possit? 2 *Et* ‘gnati causa’ dixit, quia talem uxorem habens sua causa quod gaudeat non habet. 3 NAM DE TE QVIDEM SATIS SCIO id est: nihil detrimenti fit, si tu pecces. 4 Id est: numquam, inquit, peccando peior fieri potes, sed es eadem quae semper es. 5 Sensus: iam talis es, ut peior fieri non possis. sic Cicero (*in Verr. II, I 1, 2*) ‘est idem Verres, qui fuit semper’.

*234* **37** 1 PECCANDO DETRIMENTI seruas, inquit, numerum peccatorum nec fit ullum copiae detrimentum, sed cum plurimum delinquas, tantundem semper admittis. 2 SATIS PECCANDO DETRIMENTI hic sensus obscurus est, attamen hoc dicit: quantumcumque, inquit, sceleris admiseris, quantumcunque peccaueris, nihil de tua aestimatione minuitur, nihil de pudore derogatur: eadem es, quae fuisti, quia peior fieri non potes. sic Cicero (*in Verr. II, I 1, 2*) ‘est idem Verres, qui fuit semper’. 3 PECCANDO DETRIMENTI quidam hanc putant ironiam, quasi dicat: certus sum,

2 dices illius *V* (*dett.*) ‖ 3 et] q2 *C* | ⟨****⟩ ut *C*; εἰρωνικῶς *suppl. Schoell* ‖ 4 ut illam *add. W.* (ut *Westerh.*) | cum — anum] manuum *C* ‖ 6 aut equidem · d · L · m · *C* ‖ 9 rogantis *C* ‖ 14 QVIDEM *om. C* ‖ 15 fit *Westerh.*: sit *codd.* | Id est] idem *codd.* | peccando *om. V* (*dett.*) ‖ 16 peior] pene *C* | potest *CV*, *corr. dett.* | semper est *V* ‖ 17 talis est *C* ‖ 19 seruat *codd.*, *corr. Steph.* ‖ 20 ne *V* | fit *dett.*, sit *CV* ‖ 21 derelinquas *C* | admittas *C* ‖ 23 dicit *cod. Cuiac.*, dum *rell.* ‖ 24 minuitur] in iuit * * *C* ‖ 25 es *post* fuisti *V* (*dett.*) ‖ 26 potest *C* ‖ 27 DETRIMENTI] dici *C* ‖ 28 dicant *C*

quod ex nullo peccato tuo damnum possumus pati; sed male.

*235* **38** QVI SCIS AN EA CAVSA MI VIR defensio a deriuatione causae, in qua ostenditur non hanc esse quam obicit causam senex, cur abierit nurus ad matrem suam.

*236* **39** 1 VT CVM MATRE ESSET deest 'sua'. 2 VT CVM MATRE ESSET PLVS VNA *ἰδιωτικῶς* dixit, id est: diu ac maiorem partem.

*237* **40** QVOD HERI VISENTEM NEMO VOLVIT bene infirmauit defensionem senex dicendo: si propter matrem abiit, cur tu exclusa es, cum uenires?

*238* **41** 1 ENIM LASSAM OPPIDO infirmius defenditur socrus, ut error senis usque ad *καταστροφήν* perseueret. 2 ENIM LASSAM OPPIDO 'enim' pro ⟨'δή'⟩ dixit: superuacua ponitur interdum haec coniunctio aut pro altera coniunctione. 3 OPPIDO ualde: translatio a rusticis, qui interrogati, quemadmodum fruges uenirent, respondebant 'oppido', id est: quae et sibi et oppido sufficere potuissent. 4 EO id est propterea.

*239* **42** TVOS ESSE EGO ILLI MORES acerbissime instituit senex et accusationi uxoris et defensioni nurus, siquidem hoc sensu dicat nurum nec mendacii culpam incurrere, quae uere aegrotet ex moribus malae socrus.

*240* **43** 1 NAM VESTRARVM NVLLA EST pro 'uestrum'; hoc enim uenit ab eo quod est u e s t e r. 2 QVIN GNATVM VELIT 'quin' quae non.

*241* **44** 1 ET QVAE VOBIS PLACITA EST CONDICIO DATVR

1 pati possumus *V* (*dett.*) ‖ 3 CAVSA *om. C* ‖ 4 ostendit *C* | quam — suam *om. C* ‖ 7 ESSET PLVS VNA *om. C* | *ἰδιωτικῶς Steph.*: **** *C* (*dett.*), plus una esset $V^2$ ‖ 9 VISENTEM *om. V* (*dett.*) | affirmauit *codd.*, *corr. Steph.* ‖ 11 ueneris *C* ‖ 12 lassam ⟨eam⟩ *V* (*dett.*) | infirmius — OPPIDO *om. V* | informius *L*, infirmus *CD* ‖ 13 catastropham *dett.*, ***** *C* ‖ 14 lassam ⟨eam⟩ *dett.* | ⟨o·⟩ oppido *C* | pro 'δή' dixit *Schoell* (*coll. Gr. L. III 103, 24; 287, 8*): produxit *codd.* ‖ 15 coniunctia *2. C*, -tiua *cod. Cuiac.* ‖ 16 ualde — respondebant oppido *om. C* | interroganti *V* ‖ 17 prouenissent *Steph.* ‖ 18 id est] ideo *Steph.* ‖ 22 nec *Steph.*: ne *V*, *om. C* | incurreret quae uero *C* ‖ 26 u*elit V*, uidi *C* | ⟨ẹṭ⟩ non *V*

imago hic quaedam argumentationis, quae dicitur ἀπ' ἀρχῆς ἄχρι τέλους, quod Latine dicitur ab initio ad finem. 2 *Et* ut generaliter coepit inuectionem, ita generaliter conclusit in socrum. et est sensus: eo improbius illas quas elegeritis odistis.

*242* **45** 1 VBI DVXERE IMPVLSV VESTRO V. I. bene uerba eadem stomachose et significanter repetiuit, ut improbitas ex proximo appareat 'impulsu'. 2 VBI DVXERE IMPVLSV VESTRO uidetur, ut supra (*v. 4*) diximus, haec tota scaena ad hoc interposita, ut fabulae nomen hinc intellegeremus inuentum. 3 IMPVLSV impudentiam socruum impulsus repetitio demonstrauit. 4 IMPVLSV VESTRO ⟨VESTRO I.⟩ sic et in Heautontimorumeno (*I 2, 32*) 'scortari crebro n., n. c. c.'

---

## 2.

*243* **1** 1 ETSI SCIO EGO PHILVMENA MEVM IVS ESSE in hac scaena moralis allocutio Phidippi est ad filiam mitissimi patris colorem ostendens. 2 ETSI SCIO EGO PHIL. apparet et hic multa prius patri suo Philumenam locutam esse. ergo haec responsio est, non principium. 3 VT TE COGAM etiam inuitam. 4 SCIO EGO MEVM IVS ESSE VT TE COGAM hoc idem in Adelphis (*I 1, 26—27*) 'non necesse habeo omnia pro meo iure agere'.

*244* **2** 1 PATRIO ANIMO VICTVS bene 'uictus', quia non ratione facit. 2 Victus est undecumque, qui recedit ab iure. tale est in Adelphis (*I 1, 26—27*) 'non necesse habeo ⟨o. p. m. i. a.⟩'

1 ἀπ' ἀρχῆς ἄχρι τέλους *ed. pr.*: ****** *codd.* ‖ 3 Et *om. C* ‖ 4 socrum] socrus *Steph.*; *recte?* ‖ 6 V. I. *om. V* ‖ 7 repetitum *C* ‖ 8 dixere *C* ‖ 10 hinc] hic *C* ‖ 11 impulso *C* | socrum *codd.* ‖ 12 VESTRO I. *add. W.* ‖ 13 et *om. V* (*dett.*) ‖ 14 n. — c.] c · c · u · n · *V*, ce · mi · f · io · i · p · *C* ‖ 15 At si *V* | ius ⟨****⟩ esse ⟨u · t · c ·⟩ *V* ‖ 16 phi *** est *C* ‖ 18 esse] fuisse *V* (*dett.*) ‖ 20 etiam] et *V* | VT TE *om. C* ‖ 24 facit *Goetz*: -cio *codd.* ‖ 25 ab] a *V* (*dett.*)

*245* **3** 1 NEQVE TVAE LIBIDINI A. libido est quaelibet uoluntas temere suscepta. 2 *Et* bene 'libidini': est enim non aequum a domo mariti abesse nuptam. etsi enim pro uoluntate posuit libidinem, tamen subaccusauit hoc nomine.

*246* **4** 1 OPTIME opportune. 2 EX HOC IAM SCIBO legitur et 'hinc' locale aduerbium. 3 *Et* quasi comminatur uxori modo se inuenturum ipsam peccasse, non nurum. 4 QVID SIET utrum: quid siet rei, an: quid siet nurus? utrum innocens an iniqua? et uidetur hoc Sostratae dicere; nam uicini sunt inter se proximi Laches et Phidippus.

*247* **5** 1 PHIDIPPE ETSI EGO MEIS ME O. expostulatio Lachetis apud Phidippum accusationem continens, tamquam causam iniuriarum intendat. 2 APPRIME uehementissime.

3 SCIO ESSE APPRIME OBSEQVENTEM principium a persona eius cum quo agitur et sua, et an utile sit nimis obsequi hominem suis.

*248* **6** 1 SED NON ADEO VT MEA FACILITAS 'facilitas' indulgentia. 2 SED NON ADEO VT MEA FACILITAS deest 'tamen'. et est *ἀνακόλουθον* tertium.

*250* **8** 1 EIA VERO modo aduerbium est corripientis. 2 EIA VERO *παρέλκον*. 3 NVNC VIDEO I. I. P. iucunde temperat eius culpam, quem accusat, cum dicat illum coactum a suis facere sibi iniurias.

*251* **9** 1 ADII TE HERI DE FILIA narratio. 2 *Et* memoriter poeta, quia dixit (*I 2, 115—16*) 'heri ea causa r. h. a., p. c. c.' 3 ITIDEM INCERTVM AMISTI pro 'amisisti'

1 TVAE] tu *V* | A. *om.* *C* ‖ 2 libidinis *C* ‖ 3 a domo *Klotz*: esse animo *codd.* | abesse *D*, obesse *rell.* ‖ 5 nomen *V* ‖ 6 opportune *om.* *V* | IAM SCIBO] nam *C* ‖ 8 inuenturam *C* ‖ 10 inique *C* | sostrat$\overset{a}{e}$ edicere *C*, sostrata dicere *V* ‖ 14 attendat *C* ‖ 15 apprime esse *V* ‖ 16 nimis *Steph.*: minus *codd.* ‖ 18 MEA *om.* *C* ‖ 19 SED *et* MEA *om.* *C* ‖ 20 ⟨non⟩ est *C* | *ἀνακολουθον* $V^2$ (anac- *dett.*), **** *C* ‖ 21 corripientis est *V* ‖ 22 *παρέλκον* $V^2$ (par- *dett.*), **** *C* | e·i·p· *V*, i·p· *C* ‖ 24 iniuriam *C* ‖ 25 DE FILIA *om.* *C* | Et *om.* *C* ‖ 26 ea causa r.] **** accusat *C* ‖ 27 ⟨me⟩ incertum *C* | amisisti *V*, a· *C* | pro dimisisti *V*, prodimistis *C*, *corr.* *Steph.*

συγκοπή. 4 *Et* 'itidem' quid est? an: itidem incertum me amisisti, ut ad te incertus ueni? *iungendum est ergo 'ut ueni itidem', ut sit: ut ueni, amisisti itidem incertum.* 5 Incertus, inquit, ueni, incertus a te recessi.

*252* **10** 1 HAVD ITA DECET non usque adeo decet. et est confirmatio. 2 HAVD ITA DECET bene 'ita' additum: etsi enim celandae, non usque adeo, ut discordiam pariant.

*254* **12** 1 AVT EA REFELLENDO AVT PVRGANDO refellit qui negat, purgat qui idem fatetur et sic defendit. 2 Ergo refellimus per coniecturam, purgamus per ceteros status.

*255* **13** 1 TE IVDICE IPSO sic Vergilius (*Ecl. IV 58*) 'Pan deus A. m. s. i. c.' quid est enim 'te ipso' nisi scilicet reo culpae et tibi ipsi ac tuis fauenti? 2 Vel: qui in me asper es et iniquus.

*254* **12** 1 VOBIS CORRIGEMVS plus dixit 'uobis' quam 'tibi'.

*255* **13** 3 SIN EA EST CAVSA RETINENDI APVD VOS reprehensio.

*256* **14** ARBITROR PHIDIPPE bene addidit nomen excitans audientem.

*258* **16** 1 AT ITA ME DI AMENT HAVD mire addidit iusiurandum: uix enim credibile est tantundem amare socerum quantum patrem.

*257* **15** VT MEAE DOMI CVRETVR DILIGENTER 'ut' ne non. et iungendum est 'satis diligenter'; non enim 'metuis satis'.

*258* **16** 2 ETSI ILLI PATER ES Sallustius in primo libro (*Hist. I fr. 45 M.*) 'et liberis eius auunculus erat'.

1 συνκοπὴ *V*², **** *C* | itidem] idem *codd.* | an idem iterum (uerum *C*) me amisisti ut (aut *V*) a te *CV* ‖ 3 ut ueni itidem] ut uenit idest *C*, ut ueni ·i· *V* | itidem *2.*] quidem *codd.* ‖ 4 Incertum *C* ‖ 5 aut ⟨non⟩ ita *C* | DECET] dum *codd.*; *sic et infra* | et *om. V* ‖ 6 aut *C* ‖ 10 Ergo] *** *C* ‖ 13 scilicet — culpae] **** *C* ‖ 14 ac tuis *Steph.* (actius *ed. pr.*): aptius *codd.* | qui (q2 *C*) in ea speres et unicus *codd.*, *corr. W. cum Schoellio* ‖ 16 dixit ⟨et⟩ *C* ‖ 17 causa est *V* (*dett.*) ‖ 21 mire *W.*: me *codd.*; bene *Schoell* ‖ 24 me domi *C* | curentur *V* ‖ 25 est] & *C* | metuis *D*, melius *rell.* ‖ 26 et ⟨ni⟩si illis *C* ‖ 27 amiculus *C* | eras *V*

3 ETSI TV ILLI PATER ES compendium attulit, ut Vergilius (*Aen. II 289*) 'heu fuge, nate dea'; hoc enim sentit: quamuis natus dea sis, fuge tamen.

*259* **17** 1 ID ADEO GNATI honeste amori nurus rationem subiecit piam, nam non continuo rectum est nimis amari a socero nurum, nisi propter filium diligatur. 2 Bene ergo 'gnati causa': incredibile est enim patrem non patris pietate superari.

*260* **18** 1 QVEM EGO INTELLEXI I. H. M. et causam sui amoris ostendit et mariti nullam erga coniugem culpam, quippe qui amet. 2 Et a Parmenone dictum (*I 2, 98*) 'eo amantem i. P. e. p.' 3 QVEM EGO INTELLEXI ⟨I.⟩ H. MINVS QVAM SE I. M. hic subtiliter oneratur culpa nurus, siquidem indignis faciat iniuriam socero et marito.

*261* **19** NEQVE ADEO CLAM ME EST QVAM ESSE ingeniose poeta iam praeparat causam simulaturo ob hanc rem iracundiam Pamphilo.

*262* **20** HAEC PRIVS QVAM ILLE HVC REDEAT hic subtiliter etiam terrorem iniecit iracundiae mariti.

*263* **21** 1 LACHES ET DILIGENTIAM VESTRAM principium similiter a personis factum est. 2 LACHES ET DILIGENTIAM VESTRAM remotiuo statu agit Phidippus pro persona sua, nam in filiam remouet culpam, cur non redeat. et relatiuam simul temptat qualitatem; potest enim uideri eam iniuria socrus ad hanc uoluntatem esse collapsam.

3 LACHES ET DI. V. ab eo coepit, quo maxime notus est et quod inprimis sibi purgandum fuit, ne suspectam

2 sensit *C* ‖ 3 quamuis] q*3* *C* | nate *C* ‖ 4 ita adeo *V*, ita ut deo *C* | nati *V* | honesto amore *C* ‖ 6 a] nã *C*, *om. V* (*dett.*) | propter *Steph.*: post *codd.* | diligat *C* ‖ 9 Quem *V* | intellexi i · m · *V*, i · p · m · *C* ‖ 10 ergo *C* | culpat *codd.*, *corr. ed. pr.* ‖ 11 amat *codd.*, *corr. Steph.* ‖ 12 amante *C* | i · i · p · *V*, i · i · e · p · *C* | H.] hoc *V* ‖ 13 QVAM] c · *C* ‖ 14 indignus *C* | facit *C*, faciat (*post* iniuriam) *V* ‖ 15 ADEO *om. C* | QVAM ESSE *om. V* ‖ 17 inuidiam *V* ‖ 19 etiam *om. C* ‖ 20 ET — VESTRAM *om. C* ‖ 21 similiter a personis] *sc.* 'eius cum quo agitur et sua', *cf. ad v. 5* | est factum *V* (*dett.*) | LACHES — VESTRAM] d · u · *C* ‖ 23 redd& ⟨cur ****⟩ *C* ‖ 24 tentat *V* (*dett.*) | potest *om. C* ‖ 25 iniuriam *V* (*dett.*) | ⟨socrus⟩ esse *V* ‖ 26 notus] *cf. Ter.* 'noui'

aut uoluntatem aut diligentiam habere uideatur affinium. 4 *Et* cum affectu quodam et gemitu dixit 'Laches', quod ille ait (*v. 14*) 'Phidippe', — 5 *Et bene a nomine coepit, ut consentire illi uideatur.* — et 'diligentiam', quod ille ait (*v. 15*) 'sin metuis, satis ut meae' etc. — 6 *VESTRAM melius quam 'tuam', cum ille de se dixerit tantum.* — et 'benignitatem', quod ait (*v. 16*) 'haud tibi concedo, etsi illi pater es, ut tu illam' etc. 7 ET DILIGENTIAM VESTRAM ET BENIGNITATEM ἀνταπόδοσις ad utrumque: 'diligentiam' quia dixit (*v. 15*) 'ut meae domi curetur diligenter', 'benignitatem' quia dixit (*v. 16—17*) 'haud tibi concedo, etsi illi pater es, ut ⟨tu⟩ illam ⟨saluam⟩ magis uelis quam ego'.

*264* **22** ET QVAE DICIS OMNIA ESSE VT DICIS quod iurauit et quod dixit 'gnati causa' et quod addidit, quod illam amet Pamphilus.

*265* **23** 1 ET TE MIHI HOC CVPIO CREDERE melius, quam si et hic iuraret. 2 ET TE HOC MIHI CVPIO CREDERE bene coegit ex uicissitudine, quod uolebat.

*266* **24** 1 SI FACERE POSSVM ⟨V. M.⟩ hic est remotio 'si facere possum ullo modo'. 2 Mollius dixit quam si ⟨'nec facere possum' dixisset⟩. hoc enim uult intellegi: uolo, at non possum facere.

*267* **25** 1 EHO NVM QVID NAM ACCVSAT VIRVM gesticulatio quaedam secretiora quaerentis; saepe enim de maritis puellae parentibus queri solent eiusmodi aliquid, quod solis ipsis committendum est. 2 EHO NVM QVID NAM ACCVSAT VIRVM 'eho' interiectio est ponentis aurem

1 ad filium *C* ‖ 2 cum *om. C* ‖ 6 de te (*post* dixerit *V, dett.*) *codd.* ‖ 7 quod — BENIGNITATEM *om. V* | haud ⟨non⟩ *C* ‖ 9 ET *om. C* | aut *απόδοσις* (*graec. suppl. m. 2*) *V*, aut **** *C*; *ἀπόδοσις Steph.* | utramque *C* ‖ 10 curentur *CV* ‖ 11 diligentiam *codd.* | aut *C* ‖ 13 uelles *codd.* ‖ 17 hoc mihi *V* (*dett.*) | melius sic iurauit (*rel. om.*) *C* ‖ 19 collegit *edd.* | ⟨et⟩ ex *C* ‖ 20 possim *C* | hic — 23 possum *om. C* (*ed. pr.*) ‖ 21 ⟨Et⟩ mollius *Steph.* | si *L*, sic *V*, sit *D* | nec — dixisset *add. Steph.* ‖ 23 at *Westerh.*: et *codd.* ‖ 26 solemus *C* | aliquid eiusmodi *V*(*dett.*) ‖ 28 inflectio *C* | est *om. V* (*dett.*) | potentis *C*, pet- *V* (*dett.*), *corr. ed. pr.*

propiorem; nam illa quaerit, quae solent de maritis puellae matribus queri. 3 NAM POSTQVAM ATTENDI instititi.
4 *Et* uide an desit ʽanimum’, ut sit: attendi animum; non enim plenum est sed nudum. ⟨*ad*⟩ ʽ*aduerti*’ *enim* ʽ*oculos*’ *aut* ʽ*animum*’ *subauditur*.

*268* **26** SANCTE [TE] ADIVRAT ⟨τὸ⟩ ʽad’ nunc auctiuum est; significat enim u a l d e.

*269* **27** 1 NON POSSE APVD VOS PAMPHILO S. A. bene hic poeta uerba addidit Philumenae, ad quae Phidippus ⟨respondebat⟩, cum diceret (*v. 1*) ʽetsi scio ego, Philumena, meum ius esse’ etc. 2 NON POSSE APVD VOS PAMPHILO S. A. magnifice contra illud, quod Laches dixit a e g r e l a t u r u m P a m p h i l u m (*cf. v. 19*). et ita locutus est, quasi hoc Pamphilo gratius esse debeat. 3 PERDVRARE proprie et muliebriter.

*270* **28** 1 ALIVD FORTASSE ALIIS VITIVM EST sic dixit, ne diceret ʽsed coge, ut redeat’. 2 *Et* mollius dixit ʽaliis’ quam si ʽtibi’ dixisset. 3 EGO SVM ANIMO LENI N. hoc contra illud, quod primum dictum est (*v. 5*) ʽetsi ego me ⟨meis⟩ omnibus s. ⟨e.⟩ adp. o.’ 4 ANIMO LENI ⟨N.⟩ hoc est plenum, nam ʽanimo leni’, ut dicimus, ἐλλειπτικῶς profertur.

*271* **29** 1 NON POSSVM conclusio.

*270* **28** 5 EGO SVM ANIMO LENI qualitas uenialis.

*271* **29** 2 EM SOSTRATA scilicet quae dixisti (*II 1, 31*) ʽnon mea opera neque pol. c. e.’ 3 HEV ME MISERAM ad se rediri totiens quasi delassata conqueritur.

1 priorem *C, cod. Cuiac.* ‖ 2 ATTENDI instititi] a nostin *C* ‖ 3 Et uide *Steph.*: & uidere & *C*, ut uiderem et *V* (*dett.*) | intenti *C* ‖ 4 ad *ante* plenum *add. C* ‖ 6 ADIVRAT τὸ *Steph.*: adiuro *C*, -rat *V* (*dett.*) | actiuum *codd., corr. Lindenbr.* ‖ 7 est *om. C* | enim significat *C* ‖ 8 bene — 11 S. A. *om. V* ‖ 9 ad quae *dett.*, atque *C* | respondebat cum *Steph.*: tum *C* ‖ 10 et scio ego *** · a m · m · i · e · et cetera *C* ‖ 11 vos *om. C* ‖ 13 est *om. C* ‖ 15 ALIIS] aliud *codd.* | sic dixit *om. C; del.?* ‖ 17 dixisses *C* | l · n · *C*, leni *V* (*dett.*) ‖ 19 s · a · d · p · o · *C* (*dett.*), etc · *V* ‖ 20 ἐλληψητικῶς *V*², **** q̄ ē *C* ‖ 22 POSSVM] solum *C* ‖ 24 e · m · *C*, hem *V* | sostrata · s · *V*, sostratam (*om.* scilicet) *C* ‖ 26 redit *C*

272 **30** 1 CERTVMNE EST ISTVC quod Philumena non redeat. 2 NVM QVID VIS discedentis uerbum.
273 **31** TRANSIRE dicit ⟨cit⟩o ire.

---

3.

274 **1** 1 EDEPOL NE NOS SVMVS INIQVE AE. O. I. in hac scaena est allocutio, qua inducitur secum loquens anus, per quam orationem mores eius et animus mitis intellegi possit. 2 INIQVE AEQVE comicum παρόμοιον. 3 *Et* uide sententiam defensionem accusatarum socruum continentem contra illud, quod ait (*II 1, 4*) 'itaque uno animo omnes s. o. n.'; officium enim poetae boni est nullum genus hominum specialiter laedere. sic Vergilius (*Geo. III 282*) 'quod saepe malae legere nouercae', id est: non omnes nouercae, sed tantum malae. 4 EDEPOL NE NOS SVMVS Laches generaliter socrus incusauit, haec plurimas defendit. accusas, ⟨inquit⟩, inique, nam non omnes sumus malae.
276 **3** 1 NAM ITA ME DI AMENT bene iurat, quia sine iureiurando incredibile est bona socrus. 2 QVOD ME ACCVSAT deest 'in eo', ut sit: in eo, quod me accusat nunc uir, sum extra n. 3 An 'quod' propter quod?
277 **4** 1 SOCRVS OMNES ESSE INIQVAS intellegitur quibus iniquas, id est nuribus, quia s o c r u s nomen est ad ali-

1 istac *C* ‖ 3 transite *C* | dicit cito *W.*: dicito (-te *C*) *codd.*; *cf. Eun. III 3, 31; Serv. Aen. IV 154* | ite *C* ‖ 4 SVMVS —I.] s · i · *C*, sumus mulieres inique ae · o · i · *V*; mulieres *non agn. Ter. cod. A et Eugr.* | in hanc scenam *C* ‖ 5 est] id est *C*; ⟨ἠθοποιία est⟩ id est *Schoell coll. Rhet. l. m. 561* | quia *C* | ⟨senex⟩ secum *C* ‖ 7 ⟨· s ·⟩ inque · eque *C* | παρομιον *V*[2] (par- *dett.*), * * * * *C* ‖ 8 defensione *C*, -sorem *V* (*dett.*) | accusaturum *V*, -tur ũõ *C* | socrum *codd.* ‖ 9 continenter *C* ‖ 10 est *om. C* ‖ 14 socrus *D*, socrum *C*, (*post* incusauit) *V* ‖ 15 accusas *W.*: cās accusat *C*, causas *V* | inquit *add. Goetz* | inique nam *W.*: iniquam *C*, iniquae aequae enim *V* ‖ 18 est] sit *V*, est sit *L* | bona^s socrus ⟨"esse⟩ *V* | incusat *C* ‖ 20 n. An] nam *codd.* | propter *Steph.*: post *codd.*

quid dictum. 2 ITA ANIMVM INDVXERVNT inducere animum est ita tenere, ut admittant, id est persuadere animo suo.

278 5 1 HAVD POL ME QVIDEM 'esse iniquam' subaudiendum est a superiore, ut sit 'pol' pro pleno iureiurando.

2 HAVD POL ME QVIDEM subaudiendum 'scio 'esse' aut 'noui ita esse' aut tale quid secundum ἔλλειψιν, quae familiaris est his, qui secum locuntur.

279 6 NEC QVI HOC MIHI EVENIAT 'qui' unde.

280 7 1 MVLTIS MODIS uehementer. 2 IAM EXSPECTO VT REDEAT quia nihil mirum in matre est exspectare filium, idcirco ⟨ad 'e. ut⟩ redeat' additum 'multis modis'.

---

## III.

### 1.

281 1 1 NEMINI EGO PLVRA ACERBA hic allocutio est per conquestionem. 2 *Et* bene non se amatoribus modo sed infelicibus amatoribus comparauit. 3 *Et* principium a summa totius mali. 4 NEMINI ⟨EGO⟩ PLVRA ACERBA ab eo loco conquestionis, in quo dicitur, quod nulli fere talia aduersa contigerint. 5 NEMINI EGO PLVRA ACERBA nimis coturnati et tragici in hac scaena dolores essent, non comici, nisi adderet 'ex amore'. 6 ACERBA CREDO ESSE EX AMORE 'acerba ex amore' dupliciter euenerunt Pamphilo: ex praeterito de meretrice, ex praesenti de uxore.

282 2 1 HEV ME INFELICEM ab ipsa simplici exclamatione.

2 HANCINE EGO VITAM ab eo quod ab aduersis ad aduersa delatus sit. 3 PARSI PERDERE si 'parco' conseruo,

2 admittant] ad metam eat *Schoell* ‖ 4 ⟨aut⟩ haud *C* ‖ 5 est] ēē *C* ‖ 7 ita *Schoell*: et *codd.* | tale aliquid *C* | ἔλληψιν (*m. 2*; *lac. dett.*) quae *V*, *** inique *C* ‖ 8 his] is *C*, iis *V* ‖ 9 hoc qui *V* (*dett.*) ‖ 12 ad e. ut *add. Schoell* ‖ 13 est *om. C* ‖ 15 principium ⟨est⟩ *V* (*dett.*) ‖ 18 PLVRA] pol *C* ‖ 19 coturnati *cod. Cuiac.*, conturbati *rell.* ‖ 21 ⟨et⟩ acerba ex amore *C*, acerba *V* (*dett.*) ‖ 22 de meretrice — uxore *om. C* ‖ 23 ab] ex *C* ‖ 24 de aduersis *C* ‖ 25 pedemd're *C*

parsi facit, ⟨si⟩ ʽparco’ ueniam do, peperci. 4 Modo ergo continui, abstinui significat.

283 3 CVPIDVS REDEVNDI DOMVM ab eo quod contra spem contigit malum.

282 2 5 HEV ME INFELICEM lacrimans hoc dicit.

284 4 1 VBIVIS GENTIVM AGERE a malorum suorum comparatione. 2 VBIVIS GENTIVM AGERE detestatio magna praesentis loci eligere quamuis terram uel quamuis gentem, quam eam in qua est. Vergilius (*Aen. III 601*) ʽtollite me, Teucri, quascumque abd. t.’ 3 *Et* ʽgentium’ hic abundat. 4 *Et* bene ʽubiuis gentium agere aetatem’, quia supra dixerat ʽhancine ego uitam parsi perdere!’; nimis enim tragicum fieret ʽsatius erat in mari perire’.

285 5 ATQVE HAEC ITA ESSE MISERVM ME RESCISCERE quod ait, lacrimantis est. ʽresciscere’ autem est uix reperire, quod ⟨quis⟩ de industria quaerat celatum.

286 6 1 NAM NOS OMNES QVIBVS EST ALICVNDE aut deest ʽapud’, ut sit: apud nos omnes, ⟨aut⟩ ʽnos omnes’ dixit pro ʽnobis omnibus’. 2 NAM NOS OMNES ratio superioris sensus. et deest ʽapud’ uel ʽpenes’ uel quid tale. 3 NAM NOS OMNES QVIBVS EST constat hanc σύλλημψιν esse: rettulit enim ʽlucri est’ non ad ʽnos omnes’, sed ad ʽquibus est alicunde’, ut sit ordo: nam quibus est alicunde aliquis obiectus labos, lucri est tempus, hoc est ʽnos omnes’. 4 NAM ⟨NOS⟩ OMNES QVIBVS ⟨E.⟩ A. hac figura usus est etiam Tullius pro Murena (*12, 26*) ʽpraetor quoque, ne se pulchrum ac beatum putaret, ei quoque carmen compositum est’; nam ille datiuum casum

1 fecit *C* | si *add. W. coll. Eugr.* ‖ 5 dicit] dum *C* ‖ 6 Vbi ⟨dum⟩ uis *V* (*dett.*), Ibi ius *C* | AGERE a *om. C* ‖ 7 ubi ⟨dum⟩ uis *V* (*dett.*) | magna detestatio *V* (*dett.*) ‖ 8 terras *C* ‖ 10 abundat hic *V* (*dett.*) ‖ 12 quam supra dixerit *C* | pari pendere *C*, p. *V* ‖ 13 mare *C* ‖ 14 ESSE *om. C* ‖ 15 est *2. sscr. V* ‖ 16 quis *add. W.* (*etiam Schoell*) ‖ 17 EST *om. C* ‖ 18 aut *add. ed. pr.* | nos omnes *om. C* ‖ 19 ⟨omnis⟩ ratio *C*; *recte?* ‖ 20 apud deest *C* | uel . . uel] aut . . aut *V* (*dett.*) ‖ 21 sylempsim esse *V*, ***** *C* (*dett.*) ‖ 22 tulit *C* | lucro *Ter.* | nos *om. V* | ad] a *codd.* ‖ 24 aliquis *om. C* | 27 quoque] interea *Cic.*

subiecit, cum praeposuisset nominatiuum. 5 *Et* totum Apollodori est, qui sic ait 'οἱ γὰρ ἀτυχοῦντες τὸν χρόνον κερδαίνομεν, ὅσον ἂν ποτ' ἀγνοῶμεν ἠτυχηκότες'. 6 QVIBVS EST ALICVNDE hoc genus locutionis absolutum dicitur. tale est apud Vergilium (*Aen. X 244—45*) 'crastina lux, mea si non irrita dicta putaris, ing. R. s. c. a.'

*287* 7 †RESCITVM EST† σχῆμα ἀνακόλουθον.

*288* 8 1 AT SIC sed sic. 2 AT SIC CITIVS QVI TE at hoc modo, quod uenisti et discordias esse didicisti, celerius reperire poteris, quomodo his aerumnis te absoluas. 3 *Et* bene 'expedias aerumnis': aut enim soluunt nos curae abeuntes aut impediunt et ligant aduenientes, ut (*Verg. Aen. I 562*) 'soluite ⟨c.⟩ m., T., s. c.' 4 AT SIC CITIVS QVI TE sententia sententiae contraria, nam supra sic collegit: si ignorare mala sua unicuique bonum est, sequitur ut malum sit cito ea cognouisse; infra sic: si malis suis succurrere unicuique quam primum bonum est, sequitur ut cito ea cognouisse sit perquam optimum.

*290* **10** SED NVNC ADVENTVM TVVM AMBAS ne accusare alteram uideretur ⟨Parmeno, adiecit 'ambas⟩, Pamphile, s. r.'

*291* **11** 1 REM COGN. melius 'rem' quam 'litem'. 2 REM COGNOSCES IRAM EXPEDIES R. I. G. R. τρίκωλος sententia et bono ordine: prius enim fit querela, deinde ponitur iracundia, postremo reditur in consilium.

*292* **12** 1 LEVIA SVNT QVAE TV PERGRAVIA ESSE genus

2 ΟΙ ΓΑΡΑCΙ COYΝΙΕC ΤΟΝ ΧΡΩCΝΟΥΔιΕΝΚΙΤΙΚΗΚΟΤΗC *cod. Cuiac.*, ἀ γὰρ ἀτυχουνὕεστον κερδαινομέν͂οσ ὸν ἀν απο τε αγνωμίκιγιχηκοτεσ *V²*, *corr. Sabbad. duce Cobeto* ‖ 4 allocutionis *codd.*, *corr. Steph.* ‖ 6 mea *post* irrita *CV* ‖ 7 σχημα ακαταΝΟΝ *cod. Cuiac.*, σχῆμα ἀκαταλανον *V²*, *corr. Sabbad.; pertinet autem ad v. 6—7* NAM NOS OMNES . . . OMNE . . TEMPVS . . LVCRO EST, *cf. Hahn 1870 p. 9* ‖ 8 AT *1. om. C* ‖ 9 uenistis *C* ‖ 10 his *om. V* (*dett.*) ‖ 11 autem insoluunt nos cure *C*, aut enim nos curae insoluunt *V* (*dett.*) ‖ 13 ac si *C*, at sit *V* ‖ 14 sententias sententia *C* ‖ 18 ea cito *V* (*dett.*) ‖ 20 uideret *V*, -det *C*, *corr. Schoell* | Parmeno — ambas *add. W. duce Schoellio* | Pamphile s. r.] populus r· (ro· *C*) *codd.* ‖ 21 COGN.] cognitam *codd.* | COGNOSCES] c. *C*, cognitam *V* ‖ 22 triculos *C*, -osa *V* (*dett.*)

consolationis non a substantia sed a quantitate est: non dicit non esse causam sollicitudinis, sed l e u e m dicit. 2 QVAE TV PERGRAVIA ESSE bene additum contra ‘leuia’ non ‘grauia’ sed ‘pergrauia’. 3 LEVIA SVNT a quantitate. 4 QVAE TV IN ANIMVM IND. persuasisti tibi.

293 **13** 1 QVID CONSOLARE ME AN QVISQVAM VSQVAM ut solet in uero angore, ipsa consolatione aegrescit dolor. 2 *Et* ingeniose non inquit ‘uerum dicis’ sed ‘consolaris me’ et hoc ipso ostendis scire te quod miser sum.

294 **14** 1 PRIVS QVAM HVNC VXOREM DVXI hoc refert ad illud caput, in quo ait (*v. 1*) ‘nemini plura ego acerba c. e. e. a.’ etc. 2 PRIVS QVAM HANC VXOREM D. ante rem. 3 HABEBAM ALIBI ANIMVM AMORI DEDITVM an miser sit in amore ἀπ’ ἀρχῆς ἄχρι τέλους: ante rem, in re, post rem. 4 HABEBAM ALIBI grauius dixit ‘alibi’ quam si ‘in meretrice’ diceret. 5 *Et* maluit ‘alibi’ dicere quam ‘ad meretricem’.

296 **16** 1 QVAM MIHI OBTRVDIT recte, dici enim potuit: quomodo ergo uxorem duxit, si amabat? 2 *Et* bene ‘obtrudit’, quia inuito. sic alibi (*Andr. I 5, 15—16*) ‘aliquid monstri alunt: ea quoniam nemini obtrudi p., i. a. m.’ 3 *Et* ‘obtrudit’ pro ‘obtrudebat’: ἐνάργεια temporis.

297 **17** 1 VIX ME I. A. ‘uix’ uel μόλις uel s t a t i m significat. 2 ATQVE EXPEDIVI ANIMVM MEVM curae, ut diximus (*ad v. 8*), aut ligant aut soluunt, ut Vergilius (*Aen. IV 479*) ‘quae mihi r. e. u. e. m. s. a.’; amoris enim curae u i n c u l a dicuntur.

298 **18** 1 VIXQVE HVC ⟨‘huc’⟩ maluit quam ⟨‘ad⟩ uxorem’

1 a *1. om. C* | est] et *V* (*dett.*) ‖ 2 dicit *2.*] · o · *C* ‖ 3 ESSE *om. C* | contra] circa *C* ‖ 4 per- *om. C* ‖ 5 IND.] d· *V*, ·b· *C* ‖ 6 unquam *C* ‖ 7 amore *V* ‖ 8 dicis] -cit *C* ‖ 11 ego plura *V* ‖ 12 etc.] cetera *C* | D. *om. C* ‖ 14 ἀπ’ αϱχεσ ἀχϱιτελοῦσ *V*², · a · n · a · p · * * * * *C* (*lac. dett.*) | re ⟨et⟩ *V* ‖ 18 dici *om. C* ‖ 19 si ambas *C* ‖ 22 energia *codd.*, *corr. Sabbad.* ‖ 24 I. A.] illinc extraxi *V* (*dett.*) | μολις *cod. Cuiac.*, molio · lis *C*, multis modis *V* (*dett.*) ‖ 27 a.] a · a · *V*, a · d · *C* | amoris] mori *C* ‖ 29 huic *codd.* | huc *et* ad *add. Steph.*

dicere. 2 EM NOVA RES ORTA PORRO 'porro' deinde. et uim habet [deinde] modo implicationem continuarum miseriarum referentis.

300 **20** 1 QVAE CVM ITA ESSE INVENERO Q. R. N. P. V. F. seruauit ordinem allocutionis, in quo a praeteritis, a praesentibus, a futuris inducitur personae loquentis oratio. 2 NISI PORRO VT FIAM 'porro' postea uel in postremum. alii coniunctionem putant.

301 **21** PIETAS IVBET apte, quia 'ferre' dixit, addidit 'iubet'.

302 **22** 1 TVM VXORI OBNOXIVS SVM 'matris' cum dixisset, non intulit 'uxoris', sed mutauit casus. 2 ITA OLIM SVO ME INGENIO 'olim' ad diuturnitatem rettulit, non ad spatium temporis praeteriti.

303 **23** 1 TOT MEAS INIVRIAS hae sunt iniuriae, quas supra dixit (*I 2, 61—62*) 'nocte illa p. u. n. a.; q. c. e. n. e., n. m.' et deinde (*I 2, 82*) 'quid? i. i. n. a. B.? — c.' 2 TOT MEAS INIVRIAS aliam uim habet, quod dixit 'me pertulit', aliam quod adiecit 'iniurias meas', aliam quod reticuit. 3 ⟨*Et*⟩ non dixit 'quas' sed 'quae', ut ad omnia, non ad iniurias referatur extrema conclusio.

304 **24** SED MAGNVM NESCIO QVID NECESSE EST bene de ambabus sentiens putat magnam causam esse, quae iram fecerit et iram diuturnam.

305 **25** QVAE TAM PERMANSIT DIV et a re et a tempore.

306 **26** 1 HAVD QVIDEM HERCLE PARVVM E. seruilis scilicet ratio et sordida et iam non his respondens omnibus, quae dixit Pamphilus, sed tantum nouissimae parti. 2 SI VIS

1 ehem *C*, hem *V* | porro *et* habet *om. V* ‖ 2 deinde *secl. W.* ‖ 4 QVAE] quod *L, Ter.* | CVM] tunc *C* | ⟨postremo quid restat nisi p.⟩ q · r · n · p · u · (u · *om. C*) f · *codd.* ‖ 5 ordinem (*ante* seruauit) *V*, in ordine *C*; ⟨τὸ ἦθος⟩ in o. *Schoell* ‖ 7 ut fiant porro *V* (*dett.*), p · u · p · *C* ‖ 8 alii ⟨alia⟩ *C* ‖ 9 IVBET] haec *codd.* | ate *C* | addit *C* ‖ 11 SVO ME INGENIO] is me *C* ‖ 12 non *om. C* ‖ 13 praeteriti temporis *V* (*dett.*) ‖ 15 dixi *C* ‖ 19 Et *add. W.* | quas *om. C* ‖ 21 QVID *om. C* | EST] esse *V* ‖ 22 iram *ed. pr.*: iam *codd.* ‖ 24 TAM *om. C* ‖ 25 equidem *V* (*dett.*) | PARVVM E.] pa · *C* | seruilis suis sed *C*, s · seruilis *V* (*dett.*) ‖ 26 et iam] e͠t *C*, et *rell.*

VERO VERAM RATIONEM ‘uero’ uel nomen est uel coniunctio uel aduerbium.

307 **27** 1 NON MAXIMAS QVAE MAXIMAE SVNT INTERDVM IRAE IN. F. ⟨iniuriae faciunt⟩ iras, non irae iniurias. sed hic ‘faciunt’ ὑπαλλακτικῶς dixit secundum rationem superiorem increpans errorem Pamphili, qui de irae magnitudine aestimet iniuriae quantitatem. alii ‘faciunt’ probant, ostendunt intellegunt. 2 Caute dixit ‘interdum’: plerumque enim sic.

306 **26** 3 PARVM subaudiendum ‘necesse est euenisse’ uel ‘euenit’, nam consequens sententia tollit, quod dixit ille ‘necesse est’.

307 **27** 3 NON MAXIMAS Q. S. M. sensus est, in quo primum ‘non irae iniurias faciunt’ accipiendum est, secundum ‘non maximas maximae’. 4 FACIVNT pro ‘ostendunt’.

309 **29** 1 CVM DE EADEM CAVSA EST rectum erat, si diceret ‘cum in isdem rebus’. 2 Adiciendo ‘causa’ obscurauit elocutionem suam, sed conuenit seruo haec humilitas orationis. nam planum erat, si diceret ‘nam saepe est quibus in rebus alius ne iratus quidem est, cum de isdem rebus est i. f. i.’. 3 ‘Est’ autem pro ‘euenit’ dixit. 4 *Et* ordo: quom in quibus rebus alius ne iratus ⟨quidem⟩ est, de eadem causa est iracundus factus inimicissimus. 5 IRACVNDVS F. I. ‘iratus’ est, qui ex

1 uel coniunctio est *V* ‖ 3 QVAE — IRAE] q̄ · s · m · s · i · *C* ‖ 4 IN. — iras] in · (et *V*) fa · non · iras *codd.*, *corr. Steph.* ‖ 5 ὑπαλλακτικῶς *Steph.* (*et cod. Cuiac. ut vid.*): ἀληπτικῶο $V^2$, adelphicos *C* (*lac. dett.*) | superiorem rationem *V* (*dett.*) ‖ 6 errare pamph · *C* ‖ 7 quantitatem mali faciunt *codd.* ‖ 9 sic *Steph.*: hic *V* (*dett.*), · h · *C*; faciunt *Schoell* ‖ 10 PARVM] *cf. Ter. cod. A* ‖ 11 consequens] communis *C* | illi *C*, ille (*ante* dixit) *V* (*dett.*) ‖ 13 M. *om. C* ‖ 14 accipiendum est secundum *om. C* ‖ 16 EST *om. V* (*dett.*) ‖ 19 rationis *C* | planum *C*, *cod. Cuiac.*, plaenum *cod. Huls.*, plenum *rell.* ‖ 20 est *1.*] in *C* | alius — est] a · n · e · iratusque est *C*, alius ne iratus q · a · e · *V* ‖ 21 prouenit *V* (*dett.*), peruenit *C*, *corr. Steph.* ‖ 22 Et ⟨est⟩ *V* (*dett.*) | quom] qñ *C*, cum ideo qñ *V* (*dett.*) ‖ 23 causa] ē *C* | iracundia inimicissimus factus est *C* ‖ 24 IRACVNDVS F. I. *om. V*

aliqua re lacessitus irascitur, 'iracundus' est, qui ex parua re aut nulla causa praecedente irascitur.

310 **30** 1 PVERI INTER SESE argumentum a simili. 2 QVAM PRO LEVIBVS NOXIIS interrogatiue (= *30, 4*). 3 NOXIIS iniuriis, culpis (= *30, 5*).

311 **31** 1 QVAPROPTER ἐξεταστικὴ ὑπόκρισις, id est interrogat διαλεκτικῶς. 2 QVIA ENIM QVI EOS αἰτιολογικὴ ἀπόκρισις. 3 QVIA ENIM QVI EOS GVBERNAT ANIMVS ⟨I. G.⟩ ἐσχηματισμένως ἀντὶ τοῦ 'infirmus est'. ⟨sed⟩ ἀνακολουθία ista conuenit seruo.

312 **32** 1 ITIDEM ILLAE MVLIERES SVNT F. V. P. artificiose: a persona ⟨'mulieres'⟩, a similitudine 'pueri', a facto 'iras gerunt', ab accidentibus similitudinis 'animus infirmus', a collatione personae mulieris accidentium 'leui sententia', a facto 'fortasse unum aliquod uerbum inter eas iram h. c.': qua sententia totum hic sublatum est, quod ait (*v. 24—25*) 'sed magnum nescio quid necesse est ⟨e.⟩, P., ⟨u. i. i. e. i.'

313 **33** 1 FORTASSE VNVM ALIQVOD VERBVM⟩ I. E. I. H. ⟨CONSCIVISSE⟩ sic Plautus (*fragm. dub. XI*) 'fortasse te amare suspicarier'; nam ueteres infinito modo adiungebant 'fortasse' [consciuisse]. 2 CONSCIVERIT commouerit.

310 **30** 4 QVAM PRO LEVIBVS N. I. G. interrogatiue (= *30, 2*). 5 NOXIIS iniuriis, culpis (= *30, 3*).

1 est *om. V (dett.)* | praua re *C*, parua *V (dett.)* ‖ 3 QVAM — 5 culpis *om. C (recte? cf. infra)* ‖ 6 QVAPROPTER] quia post *codd.* | ἐξεταστικέ ὕποκρίσισ idem interrogat διαλεκτικῶσ (*Graeca suppl. V*², *om. dett.*) *V*, **** id est qꝫ interrogat idem *C*, interrogat διαλεκτικῶς· εξεντα · οΝκὶ ἐν υποκρισει *cod. Cuiac.* (*sed ordo incertus*) ‖ 7 ὐτιολογικὴ ὐποκρίσισ *V*² (*Steph.* αἰτ. ὐ.), ***** *C (dett.)* ‖ 8 QVI *om. C* | gubernant *V* ‖ 9 ἐσχηματισμένως ἀντὶ τοῦ *Steph.*: σκηματιστὸν ἔποσ *V*², *om. C (lac. dett.)* | infirmum *C* | sed ἀνακολουθία *Steph.*: ἀναχόλουθον *V*, **** *C* ‖ 11 mulieres *add. Steph.* ‖ 12 a *2. om. C* ‖ 16 c· ⟨gerunt⟩ *codd.; irrepsit ex v. 311* | quia *C* | hoc *C* ‖ 18 u. — VERBVM *add. Steph.* ‖ 20 CONSCIVISSE *hic add., infra del. W.; cf. A. Richter, Donati comm. p. 11 adn. 3* ‖ 21 suspicauere *codd., corr. Bentley* | infinitiuo *V (dett.)* ‖ 22 consciuisse *V*, conscius se *C*; *cf. ad l. 20* | consciuerit *V* ‖ 23 N. I. G.] i · n · q *C*, n · i · quod *V*

312 **32** 2 ITIDEM I. M. sexus alius, at ingenium et sensus idem est. 3 *Et* mire similitudinem contulit ad id quod agitur.

313 **33** 3 IRAM HANC CONSCIVERIT legitur et 'consciuisse'. 4 *Et* 'consciuisse' est rem nouam fecisse. 5 CONSCIVERIT decreuerit, fecerit.

315 **35** 1 ET CVRSARI RVRSVM PRORSVM 'rursum prorsum' retro ante significat. et est prouerbiale, ut dicimus 'sursum deorsum' 'intro foras' 'hac illac' et similia, Graeci 'ἄνω κάτω'. 2 TREPIDARI SENTIO ET CVRSARI trepidatio ad uocem refertur loquentium, cursatio ad sonum pedum. 3 *Et* trepidatur primo ab his, qui morbum putant, cursatur ab his, qui partum sciunt.

317 **37** TVTE LOQVERIS ME VETAS mire expressus est mos auscultantium.

---

318 **38** 1 TACE OBSECRO MEA GNATA non solum hic Iuno Lucina ⟨non⟩ inducitur, sed etiam insuper silentium parturienti imponitur, quia furtiua conceptio est. et tamen eiusmodi uerba sunt matris, ut dumtaxat argumentum scientibus manifesta sint, Pamphilo uero et Parmenoni tamquam aegrotam continentis filiam uideantur. 2 TACE OBSECRO MEA GNATA conceptum furtiuum furtim conuenit nasci.

1 alius] *** *C* | at *W.*: ad *codd.* ‖ 4 hanc con(ci)sueuerit *V*, h · e · *C* | consciuisse *V*; *sic et l. 5* ‖ 5 Et] r̄. *C* | consciuit *V*, consciuȝ *C* ‖ 6 decreuit *V*, decretum *C* | fecit *codd.*; *v. append.* ‖ 7 cur satis *C* | RVRSVM PRORSVM] uersum rursum *C*, orsum rursum *V* | prorsum *Schoell*: proprium *codd.* ‖ 10 ἀνωκατῶ *V*², **** *C* (*dett.*) ‖ 11 ad uocem (*post* refertur) *V*, uoce *C* | loquentum *C* ‖ 12 primo *C*, *cod. Cuiac.*, *om. rell.* | iis *V*; *sic et infra* ‖ 13 partum *cod. Cuiac.*, raptum *rell.* ‖ 16 TACE] *nouae scaenae initium in V*, *lac. antecedit in C* (*dett.*) ‖ 17 non *add. ed. pr.* ‖ 17 insuper *post* parturienti *V* (*dett.*) ‖ 18 imponitur] silentium infertur *C*; imperatur *Schoell* ‖ 20 manifestum *codd.*, *corr. Steph.* | sit *V* (*dett.*) | uero *Steph.*: uerbum *codd.* | et Parmenoni *om. C* ‖ 21 aegram *V* (*dett.*), & gratiam *C* ‖ 22 conceptum *L*, -us *rell.* | furtiuum *D*, *om. rell.*

*319* **39** 1 QVIA PERII satis amatorie.

*318* **38** 3 MATRIS VOX VISA EST haec omnia, quae sensu percipi possunt, uisa dicimus. Vergilius (*Aen. VI 257*) ‘uisaeque canes ulu. per u.’

*320* **40** VXOREM PHILVMENAM PAVITARE τῷ ἐξουθενισμῷ.

*321* **41** 1 PAVITARE NESCIO QVID pauere et timere et ad corporis et ad animi perturbationem ueteres referebant. Plautus in Bacchidibus (*I 1, 73*) ‘nam ut ex mari timida es’. 2 *Ergo* PAVITARE aegrotare, quasi horruisse et palpitare uenis.

*322* **42** 1 QVIA NON POTERAM VNA OMNIA deest ‘dicere’.

*319* **39** 2 NVLLVS SVM rursum se infelicem et miserum appellauit hic. 3 NVLLVS SVM αὐξητικῶς.

*322* **42** 2 QVIA NON POTERAM VNA OMNIA cum stomacho profertur. et deest ‘dicere’.

*323* **43** 1 NEMONE MEDICVM ADDVXIT scilicet ex quo scire posses. 2 NESCIO perturbatus Parmeno idem repetit uerbum. et aptum est personae seruili.

*324* **44** CESSO HINC IRE INTRO cultum proloquium. sic autem agit poeta, ut grauem morbum in uxore suspectans maritus protinus ingrediatur et partum improuisus offendat.

*325* **45** 1 QVONAM MODO PHILVMENA amatoria ἀποστροφή. sic in Phormione (*I 4, 23—24*) ‘quod si eo meae fortunae redeunt, Phanium, abs te u. d., n. e. m. u. e.’

*326* **46** 1 NAM SI PERICVLVM VLLVM IN TE INEST multum dixit ‘si in te periculum inest, me perisse non dubito’. tantus autem affectus non est mariti tantum sed amatoris

1 QVIA — amatorie *om. V* ‖ 2 omnia haec *V* (*dett.*) ‖ 5 τῶ ἐξουθενισμω *V*, ***** *C* (*dett.*) ‖ 7 ad *om. V* | animam *C* | inferebant *V* (*dett.*) ‖ 9 es] ecce *CV* | pauit archam egrotare *C* | quasi *W.*: quia sic *CV* | et] ac *V* (*dett.*) ‖ 13 αὐξητικωσ *V*, **** *C* (*dett.*) ‖ 15 pronuntiauit *V* (*dett.*) ‖ 16 ex] & *C* ‖ 17 ⟨uerbum⟩ reperit *C* ‖ 18 est *post* seruili *C* ‖ 19 cesso · h · v · in · *C* | cultum *C, cod. Huls.*, incultum *rell.* (*etiam cod. Cuiac.. ut vid.*) ‖ 20 agit] dixit *cod. Cuiac.* ‖ 21 proximus *C* ‖ 22 ἀποστροφὴ *V*, **** *C* (*dett.*) ‖ 23 eo *post* fortunae *V*, *om. C* ‖ 25 INEST] e · *C* ‖ 26 te] re *C*

quoque. 2 NAM SI PERICVLVM VLLVM non permisit amor dicere perituram, sed ‘si periculum’.

325 45 2 OFFENDAM AFFECTAM lassam possessamque morbo, ab eo quod est affici, unde affectus dicuntur, propter quos afficimur.

327 47 1 NON VSVS FACTO EST uide artificem Terentium, quemadmodum alias per Pamphilum, alias per ipsum Parmenonem inuenit, quemadmodum nesciatur a ceteris uirginem ante nuptias ab ipso Pamphilo uitiatam esse. 2 NON VSVS non utile. 3 FACTO EST ‘facto’ abundat.

328 48 NAM INVISOS OMNES NOS ESSE ILLIS SENTIO acute eiusmodi causam repperit, quae uel curiosum hominem contineret quaeque non Parmenonem modo sed ⟨per⟩ Parmenonem mox etiam Sostratam arceat ab ingressu.

329 49 1 HERI NEMO VOLVIT SOSTRATAM quasi alius dixerit ‘unde intellegis?’ 2 HERI NEMO V. S. argumentum odii.

331 51 MAXIME ERI CAVSA M. quam bene ‘maxime’, qui et propter ipsam uel propter inuidiam socrus non uult fieri grauiorem morbum!

332 52 SERVVM ILICO INTROIRE mire, ut criminosius suspiciosumque sit, non Lachetis aut Pamphili seruum sed Sostratae nec Parmenonem saltem.

333 53 COMMINISCENTVR dicent, confinxerint.

334 54 1 CAPITI ATQVE AETATI I. bene τῷ εὐφημισμῷ maluit ‘illorum’ quam ‘puellae’ dicere, quod utique intellegitur. 2 QVI ‘qui’ unde.

335 55 1 ERA Sostrata. 2 IN ⟨CRIMEN in⟩ litem. 3 EGO VERO IN MAGNVM MALVM in quaestionis tormenta.

1 quo (*om.* -que) *C* ‖ 4 propter *Steph.*: post *codd.* ‖ 6 est facto *V* (*dett.*) ‖ 11 nos omnes *C* | ILLIS *om.* *V* ‖ 12 hominem curiosum *V* (*dett.*) ‖ 13 quamquam *C* | per *add. Schoell* | Parmenonem *om.* *V* ‖ 14 mos *C* ‖ 15 alium *CV*, *corr. Steph.* ‖ 16 ⟨heri⟩ odii *C* ‖ 17 ERI *hic om.* *C* | CAVSA M. quam *W.*: causamque *CV* ‖ 18 propter *Steph.*: post *codd.* ‖ 20 introire ilico *V* (*dett.*) | suppliciosumque *C* ‖ 22 saltim *C* ‖ 23 cum fixerint *C* ‖ 24 I.] e· *C* | τῶ *Θυφήσμω* *V*, **** *C* (*dett.*) ‖ 27 CRIMEN in *add. W. duce Westerh.*

2.

336 **1** 1 NESCIO QVID IAMDVDVM AVDIO HIC TVMVLTVARI in hac scaena quasi quaedam deliberatiua est continens suasionis dissuasionisque partes, quas in subditis considerabimus. 2 HIC quia nimis uicini sunt.

337 **2** 1 MAGIS MORBVS ⟨ADGRAVESCAT⟩ grauior fiat: proprie, quia morbi g r a u e s dicuntur. Vergilius (*Geo. III 95*) 'ubi aut morbo g.', Sallustius (*Hist. III fr. 38 M.*) 'et morbi graues ob inediam insolita uescentibus'. 2 MALE METVO NE PHILVMENAE MAGIS instat Terentius bonam socrum facere, ut bonam facit meretricem.

338 **3** QVOD TE AESCVLAPI ET TE deest 'propter' ut sit: propter quod.

339 **4** 1 NVNC AD EAM VISAM sic Vergilius (*Aen. VII 454*) 'respice ad haec'. 2 HEM interiectio est nouas res audientis. 3 HEVS SOSTRATA uide quemadmodum per se ipsum ⟨Parmeno, per⟩ Parmenonem arceatur Sostrata, quae neque deesse propter officium neque ingredi propter socrum inducitur. 4 ITERVMNE ISTINC EXCLVDERE bene 'iterum', ut illi pudorem incuteret de repetitione iniuriae.

5 *Et* memoriter: iam enim dixit (*I 2, 113—14*) 'nostra ilico it u. a. ⟨e.⟩: a. n.' 6 *Et* simul uide quam uehementius ad iniuriam sonet e x c l u d i quam n o n a d m i t t i.

340 **5** HEM PARMENO 'hem' interiectio est eius, quae commota sit noua re.

341 **6** NON VISAM VXOREM PAMPHILI ut supra (*III 1, 52*) 'seruum Sostratae' dixit, non 'Parmenonem', sic hic 'uxorem Pamphili' maluit quam 'Philumenam' dicere, ut

2 deliberatiu̥ḁ (o *supra*) *V* ‖ 4 quia] qui *C* ‖ 6 sunt dicti *V* (*dett.*) ‖ 8 insolitam *codd., corr. Lindenbr.* ‖ 10 facit *W.*: faciat (*post* meretricem *V*, *dett.*) *codd.* ‖ 11 ET TE *om. C* | propter . . propter *Steph.*: post (quod *C*) . . post *codd.* ‖ 16 Parmeno per *add. Steph.* ‖ 17 deesse *om. C* | propter *bis Steph.*: post *codd.* | officia *C* ‖ 18 socrum] *sc.* Myrrinam (*Westerh.*) | inducitur *om. C* | istunc *V* (*dett.*), h · *C* ‖ 23 PARMENO hem *om. C* ‖ 25 VXOREM *om. C* ‖ 27 maluit] dixit *C*

animum et officium eiusdem socrus et matris breuiter demonstraret.

342 **7** 1 NON VISAS NE M. unam rem Sostrata consuluit, hic ⟨dicit⟩ de duabus, namque et illam non uult ingredi et cauet, ne ipse mittatur. 2 *Et* bene 'quemquam', ne aperte pro se loqui uideatur.

343 **8** 1 NAM QVI AMAT CVI ODIO IPSVS EST aliam causam subiunxit: quia durum fuerat ipsi Sostratae dici quod supra dictum est. 2 NAM QVI AMAT causa a sententia morali. 3 CVI ODIO IPSVS EST deest 'eam' uel 'eum'.

344 **9** 1 ET ILLI MOLESTIAM AFFERT bene adiecit, ne qui amet hoc dicat 'laborem, dum promerear quem amo'.

345 **10** 1 TVM FILIVS TVVS alia causa ab euentu. 2 VIDERE VT VENIT QVID AGAT quod supra 'uisere'. 3 An uisere officii est apud aegros, u i d e r e cognitionis et ideo additum 'quid agat'?

346 **11** AN VENIT PAMPHILVS bene imitatur affectum.

347 **12** 1 HEM interiectio feminea ac matronalis. 2 EX CORDE EXCESSIT geminauit praepositionem.

344 **9** 2 LABOREM INANEM IPSVS CAPIT ET ILLI MOLESTIAM A. hoc ualidissimum ad dissuadendum fuit.

348 **13** NVNC HVC INTROIRE NOLO cur, si uenit Pamphilus, non sit introendum, causa narratur.

349 **14** 1 NAM SI REMITTENT QVIPPIAM uerbum actiuum quasi neutrum posuit. 2 PHILVMENAE DOLORES δραματικῶς errat: non enim uere dolor morbi est, cum sit partus.

350 **15** 1 SCIO CONTINVO SOLA SOLI ut (*Verg. Aen. I 387—88*) 'haud, credo, inuisus c. a. u. ⟨c.⟩'. 2 *Et* sic 'sola soli' dicitur, quomodo (*Ad. IV 5, 34*) 'praesens praesenti'. sic Vergilius (*Aen. IV 83*) 'illum absens abs. a. u.'

3 VISAS NE M.] usus hem *codd.* ‖ 4 dicit *add. Schoell*; respondet (*post* duabus) *Steph.* | illum *V* ‖ 5 quemquam ⟨illorum non⟩ non aperte *C* ‖ 7 non *C* ‖ 9 namque una causa *C* ‖ 10 uel illum *C* ‖ 11 nec *C* ‖ 12 promereat *C* | amoṛ *C*, amat *V* (*dett.*) ‖ 15 officium *C* ‖ 18 feminea *C*, *cod. Cuiac.*, -nina *V* ‖ 21 A. *om. C* | ualidissime *C* ‖ 22 non huc *C* | uolo *V* (*dett.*) ‖ 23 narrauit *C* ‖ 25 dragmaticos *codd.* ‖ 26 erat *C* ‖ 28 haud] aut *CV*

351 **16** 1 VNDE ORTVM EST pro 'sit': ἀνακόλουθον tertium. 2 QVAE INTER VOS INTERVENIT melius sic, quam si diceret 'quae illi feceris'.

352 **17** 1 QVAM TRISTIS EST χαρακτηρισμός locuturi Pamphili. 2 O MI GNATE ordo est: o mi gnate, gaudeo te saluum uenisse. sed intercedit Pamphilus tristis.

353 **18** 1 SALVAN PHILVMENA EST cito probat Pamphilo amare se nurum, cum post salutationem nihil prius quam de salute uxoris eius inquirit. 2 SALVAN PHILVMENA EST mire obuiam sibi exeuntem filium nihil aliud nisi de Philumena interrogauit, ut ostenderet eius morbum sibi curae esse.

354 **19** 1 MELIVSCVLA EST uerum est, quantum ad morbum pertinet. 2 MELIVSCVLA EST hoc et ad morbum et ad euentum partitudinis uerum est: ita non mentitur Pamphilus matri. 3 VTINAM ISTVC ITA DI FAXINT diligentiore officio loquitur ut rea apud filium socrus.

355 **20** 1 QVID TV IGITVR LACRIMAS mire 'igitur', quo significat: si ita res est, quare ergo tu tristis es? 2 RECTE MATER sic dicimus, cum sine iniuria interrogantis aliquid reticemus. — 3 *Et bene additum 'mater', ut duritia reticentiae blando nomine molliretur.* — alii 'recte' sic accipiunt, ut intellegant n i h i l e s t m a l i.

356 **21** 1 QVID FVIT TVMVLTI antiqui sic declinauerunt t u m u l t i, s e n a t i, ut Sallustius (*Catil. 53, 1*) 'senati decretum fit'. 2 *Et* τὸ 'dic mihi' curiosius interrogantis est. Vergilius (*Ecl. III 1*) 'dic mihi, Damoeta, cuium pecus?'. 3 DOLOR REPENTE INVASIT proprie 'inuasit', quia 'repente'.

1 ἀνακολουθον *V*, ***** *C* (*dett.*) ‖ 2 INTERVENIT (*sic Ter. codd.* γ)] uenit *C* | sic] si *C* | si *om. C* ‖ 3 feceras (i *supra* a) $C^1$ ‖ 4 εχαρκτηρισμοσ *V*, ***** *C* (*dett.*) ‖ 8 se amare *V* (*dett.*) ‖ 9 salua *C* ‖ 10 obuium *V* ‖ 11 curae sibi *V* ‖ 14 et *1.*] est *D*, *om. rell.* | ad morbum ⟨pertinet⟩ *V* ‖ 15 uera *C* ‖ 18 mire *W.*: locum ire *codd.* (*ex* lacr. mire) | quo] con- *V* ‖ 20 dicimus sic *C* ‖ 25 fit] sit *CV* ‖ 26 Et τὸ dic mihi *W.* (*cf. Andr. IV 1, 43*): esto dic mihi *codd.*; dic uerbum est instantis audire et *add. V* (*dett.*) | est *om. V* (*dett.*) ‖ 28 REPENTE *om. C*

*357* **22** 1 ITA FACTVM EST moris est assentiri ad dicta interrogantium, qui quae uera sunt celant. 2 ITA AIVNT bene aliis adscripsit, si falsum sit, ut ipsis adscribatur mendacium. 3 ITA AIVNT in hac tota interrogatione et responsione colorem induxit secretum aegre obiurgantis. 4 ITA AIVNT religiose mendacium ad rumorem rettulit: ʿaiunt' inquit, ne ipse falsum dicere uideretur.

*358* **23** 1 I SODES INTRO ⟨ueretur⟩, ne ingrediatur mater ad soceros, et ideo ʿi sodes' dicit ʿintro'. 2 *Et* apparet ʿintro' dicentem manu annuere, ut domum redeat, et simul quo magis faciat, addit causam. 3 CONSEQVAR IAM TE MEA MATER adiecit et tempus ʿiam'. 4 MEA ⟨M.⟩ necessario additum ʿmea mater' et ʿsodes', quia ʿi intro' durum est. 5 FIAT abiens dixit hoc mater ʿfiat', ne omnino iussis alienis parere uideatur, quia sic imperamus et nos, quae ipsi facturi sumus.

*359* **24** 1 TV PVERIS CVRRE P. probabilis causa, qua ablegat etiam Parmenonem, dum iubet eum pueris occurrere. et simul notandum, quod in hac fabula ridicule uexatur usque ad ultimum seruus et ablegatur, cum sit et piger et curiosus. 2 ATQVE EIS ONERA ADIVTA locutio antiqua. 3 ATQVE EIS ONERA ADIVTA figura est ὑπαλλαγή pro ʿipsos onera portantes'.

*360* **25** 1 QVID NON SCIVNT IPSI VIAM DOMVM QVA REDEANT iam uide, quemadmodum seruetur Parmenoni persona loquacis, curiosi, pigri. 2 DOMVM aduerbiale est. 3 DOMVM QVA REDEANT ʿqua' si locum significet, uidebi-

3 sit] sic *V* | ut *Steph.*: in *codd.* ‖ 4 hac in *C* ‖ 5 obiurantis *V*, obiut- *C* ‖ 6 ueretur *add. Schoell*; metuit *Steph.* | regrediatur *C* ‖ 9 ⟨intro⟩ ut appareret *C* ‖ 11 IAM *om. C* ‖ 12 adiecit — mea mater *om. C* ‖ 13 i intro durum *Steph.*: introductum (-dictum *VD*) *codd.* ‖ 14 FIAT *om. C* ‖ 15 omnino *Steph.*: omnia *codd.* | parare *C* | quia sic *W.*: quasi *codd.* ‖ 16 ⟨nos⟩ ipsi *V* (*dett.*) ‖ 17 P. *om. C* | quam allegat (at *in ras.*) *C* ‖ 19 uexaturus est ad ultimum *V* ‖ 20 allegatur cur sit *C* ‖ 22 ATQVE EIS (his *C*) ONERA ADIVTA *post* portantes *in codd., transp. W.* | figura est *L*, figura e͠t est *C*, figurata et est *V* | ὑπαλλαγὴ *V*, *cod. Cuiac.*, ***** *C* (*dett.*) ‖ 23 ipsis *C* ‖ 24 redeat *C* ‖ 25 parmenonem *C*

tur reliquum praeceptum seruus non audisse; sin audiuit, 'qua' quomodo intellegimus, id est quemadmodum onus portent de naui, ut ⟨sit⟩ quid fieret, qua fieret. 4 CESSAS de industria omnes ablegauit suos, ut non audirent, quae intus post scaenam sunt acta, quae tamen populo est narraturus.

---

3.

361 1 1 NEQVEO MEARVM RERVM INITIVM VLLVM INVENIRE IDONEVM in hac scaena conquestio est ad deliberationem descendens, an habeat Pamphilus an excludat uxorem, in qua tota oratio Pamphili ad argumentum spectans amatoria magis quam maritalis est: nam aliter non perueniretur ad ultimam cognitionem omnium rerum nisi adulescens furtiuum conceptum uxoris et partum aliquanto lenius, quam coniugalis dolor expetit, tolerauisset. 2 NEQVEO MEARVM R. haec est Homerica illa διαπόρησις (*Od. IX 14*) 'τί πρῶτόν τοι ἔπειτα, τί δ' ὑστάτιον καταλέξω;' 3 NEQVEO MEARVM RERVM INITIVM hoc principium magna διαπορήσει oneratur, ut ostendantur aerumnae et multae et graues. 4 IDONEVM aptum, conueniens.

362 2 VNDE a quo.

363 3 1 PARTIM QVAE PROSPEXI HIS OCVLIS 'his' quasi miseris uult intellegi: quibus prospexi uel audiui mala.
2 An sic dictum est, ut apud Vergilium (*Aen. IV 359*) 'uocemque his auribus h.'?

364 4 QVA ME PROPTER EXANIMATVM inter exanimatum et exanimum hoc interest: exanimatus est conterritus,

1 sin] sed *CV* | audientque quomodo *C* ‖ 3 sit *add. W.* ‖ 5 facta *C* ‖ 8 questio *C* ‖ 9 abeat *V* ‖ 12 ultimam ad *C* ‖ 15 R. *om. V* | hoc *C* | διαπόρησις · τὶ πρῶτον τὶ δ' ἔπειτα, τὶ δ' ὑστάτιον καταλέξω *Lindenbr.* (*ex cod. Cuiac. ut vid.*): **** ***** *codd.* ‖ 17 INITIVM *om. C* | διαπόρησι *V*, ia · no · p . H · c · i *C* (*lac. dett.*) ‖ 18 onerat *C* | ostendatur *C* ‖ 21 PROSPEXI] perspexi *Ter.* ‖ 22 uult *Steph.*: uel *codd.* ‖ 25 propter ⟨ea⟩ *C* ‖ 26 et exanimum *om. C* | interest] ẹ̇ · i · *C*

conturbatus, ut (*Andr. I 4, 7*) ‘sed quidnam Pamphilum exanimatum uideo?’ et Vergilius (*Aen. V 805*) ‘exanimata s. i. a. m.’; exanimus est occisus, ut Vergilius (*Aen. XI 30—31*) ‘corpus ubi e. p. P. A. s. s.’

*365* **5** 1 ME I. VT C. raptim ingressus sum. 2 TIMIDVS pro ‘timens’, nomen loco participii.

*366* **6** 1 MORBO ME VISVRVM AFFECTAM quia et hic morbus est. 2 EI MIHI interiectio dolentis. 3 Vergilius (*Aen. III 39*) ‘eloquar an sileam?’ et dicitur haec figura *ἐπιμονή*. 4 EI MIHI mire interposuit *σχετλιασμόν*.

*368* **8** 1 ID QVOD ME REPENTE deest ‘propter’, ut sit: propter id, ac per hoc ideo. 2 ID QVOD ME REPENTE ASPEXERANT causa cur laetae exclamauerint. 3 ‘Id’ ergo: ob id.

*369* **9** 1 SED CONTINVO VVLTVM EARVM SENSI IMMVTARI OMNIVM mire Pamphilus etiam ancillarum metu impellitur, ut alienum nasci puerum suspicetur nec ullo modo in memoriam redeat hanc se puellam uel huiusmodi uitiasse. 2 VVLTVM EARVM quae uiderint.

*370* **10** 1 FORS OBTVLERAT oblatum dicitur in utramque partem, quicquid exspectationem praeuenit. 2 OBTVLERAT offerri dicuntur tam bona quam mala, si insperata obiciantur aspectibus.

*372* **12** 1 EGO EIVS V. C. non erit plena uis repentini doloris, si praesentiens aliquid suspicatur, et ideo addidit ‘ego eius uidendi cupidus recta consequor’. 2 RECTA CONSEQVOR absolute et sine adiectione; non enim addidit ‘uia’.

*373* **13** 1 EXTEMPLO EIVS MORBVM ‘m̄orbum’ mitiore animo

1 ut *om.* *C* ‖ 3 exanimatus *C* ‖ 4 s. s.] s · *V* ‖ 5 me ut te *V*, me · ait · e *C* ‖ 7 quia *om.* *C* ‖ 8 hei *V*; *sic et infra* | dolentis ⟨est⟩ *V* (*dett.*) ‖ 9 *ἐπιμονή* *V*, *om.* *C* (*dett.*) ‖ 10 *ισετλιασμόν* *V*, ****** *C* (*dett.*) ‖ 11 QVOD] quoque *C* | propter *bis Steph.*: post *codd.* ‖ 13 laete *CV* | exclamauerant *V* ‖ 19 uiderit *V* (*dett.*), uiderat (*ex* -ras *corr.*) *C*, *corr. ed. pr.* ‖ 20 *scholiorum 1 et 2 interpretamenta inter se commutata sunt in V* (*dett.*) | in *om.* *C* ‖ 21 expectatione *C* ‖ 24 v.] uidendae *V* (*dett.*) | c.] e · *C* | erit *om.* *C* ‖ 25 presenti ⟨aliquid⟩ *C* | addit *V* ‖ 26 uidendae *V* | c · r · c · *C* ‖ 27 consequạ̊r *V*, -ar *C* | uiam *codd.*

quam 'uitium' dixit aut 'probrum'. 2 *Et* recte, quia dixit (*v. 5—6*) 'alio me suspicans m. u. a. quam s. e. u.'

374 **14** SPATIVM moram.

375 **15** AC RES MONEBAT partus.

376 **16** 1 O FACINVS INDIGNVM 'facinus indignum' non ad illam, hoc est Philumenam, sed ad auctorem uitii refertur.

2 ET CORRIPVI ILICO ardens scilicet dolore. et est causa, cur cito exierit.

377 **17** 1 LACRIMANS non 'furens' sed 'lacrimans', non 'iratus' sed 'percitus'. 2 ATQVE ATROCI uehementi.

378 **18** 1 MATER CONSEQVITVR IAM V. L. E. ostendit affectum misericordiae suae 'matrem' dicendo potius quam 'Myrrhinam' et addendo 'misera: misertum est', ut recte supra (*I 2, 77*) dictum sit de illo 'pium et p. i. n.' 2 AD GENVA ACCIDIT a c c i d e r e est gestu corporis ostendere humilitatem cadentis, propter 'ad', quod est iuxta, et 'cadere'. Sallustius autem sine praepositione dixit (*Iug. 14, 17*) 'quo accidam aut q. a.'

379 **19** 1 LACRIMANS MISERA miserabiliter se habens.

2 MISERTVM EST hoc ipse sibi.

380 **20** OMNIBVS NOBIS VT RES DANT S. I. M. A. mire dixit 'dant sese'. Homerus (*Od. XVIII 136—37*) 'τοῖος γὰρ νόος ἐστὶν ἐπιχθονίων ἀνθρώπων, οἷον ἐπ' ἦμαρ ἄγῃσι πατὴρ ἀνδρῶν τε θεῶν τε'. †hic ex illo et ualidus dixit.† et est haec catholica sententia. Apollodorus 'οὕτως ἕκαστος διὰ τὰ πράγματα σεμνὸς ἦεν καὶ ταπεινός'.

2 quam] ac *Ter.* ‖ 9 furens — non *om. C* ‖ 10 percitus *Ter.*: misertus *codd.* | ATQVE *om. C* ‖ 11 IAM — E.] u · *C* ‖ 12 potius dicendo *V* (*dett.*) ‖ 13 et *om. C* | miseram misertus est *C* ‖ 14 illa *codd., corr. Steph.* ‖ 15 ACCIDIT] hoc *C* | gestum *codd., corr. ed. pr.* ‖ 16⟨in⟩ humilitatem (-te *C*) *codd., corr. Steph.* | propter ad *Steph.*: postea *C*, post *V* (*dett.*) ‖ 18 quo] qua *V* (*dett.*) | accedam *L* (= *Sall.*) | q. a. (= quos adpellem)] quo *codd.* ‖ 21 NOBIS] bonis *C* | A.] at *C* ‖ 22 τοῖος — θεῶν τε *Lindenbr. ex cod. Cuiac.*: *magna lac. in codd.* ‖ 24 hic ex (sed hic sese ex *V, dett.*) illo et ualidus (-dius *dett.*) dixit *codd.*; sic ex illo et Hesiodus (*Op. et D. 3—8*) dixit *Schoell* ‖ 25 οὕτως ἕκαστος διὰ τὰ πράγματα σέμνος ἦεν καὶ ταπεινός *Lindenbr.* (*ex cod. Cuiac.?*): ***** *codd.*; διὰ ⟨Διὸς⟩ *et* σεμνὸς μὲν ⟨ἔσται⟩ *Schoell*; *v. append.*

382 **22** 1 O MI PAMPHILE ABS TE QVAMOBREM a nomine incipit et blandimento, quia secreta confitetur, ut Vergilius (*Aen. IV 20*) 'Anna, fatebor enim, m. p. f. S.' a principio idem elaborauit, ut aduersus pudorem conscientiae uoce et confessione duraret. 2 O MI PAMPHILE ABS TE QVAMOBREM uenialis status, in quo confessio est et precatio. 3 ABS TE QVAMOBREM morale blandimentum ante confessionem.

383 **23** 1 NAM VITIVM confessio est. 2 NAM VITIVM EST O. coepit a causa. 3 *Et* 'oblatum' ad repentina pertinere superius (*ad v. 10*) adnotauimus. 4 OBLATVM quasi non exspectatum et nolenti. 5 VIRGINI quasi quae falli possit. 6 OLIM recte 'olim', quia facilis uenia circa uetera iam delicta; unde temptat temporis longinquitate extenuare peccatum. 7 'Olim' ergo id est: ante menses nouem. 8 AB NESCIO QVO IMPROBO mire contempsit personam dicendo 'nescio quo', id est nescio quem dixit, ut ostendat ignobilem et abiectum; nam si nomen est, habet et dignitatem, ut (*Verg. Aen. II 89—90*) 'et nos aliquod nomenque decusque g.' et ne placere uideatur is qui fecit, 'improbum' dixit.

385 **25** 1 NEQVEO QVIN LACRIMEM MISER uidetur quasi destillantes fletus detergere. 2 NEQVEO deest 'continere'. 3 SED CVM ORATA EIVS bona *παρένθεσις*.

386 **26** 1 QVAEQVE FORS FORTVNA precatio. 2 FORS FORTVNA *ὑφέν*, id est subita fortuna. 3 *Et* 'fortuna' in

1 o pamphile mi *V* (*dett.*), sine te o pamphile *C* ‖ 2 incipit *W.*: i · n · c · *C*, *om. V* (*dett.*) | quia *Steph.*: ꝗ *C*, mire *V* (*dett.*) ‖ 3 f. *om. C* ‖ 4 aduersa is pudore *C* | conscientia e (et *D*) uoce *codd.* ‖ 5 mi *post* pamphile *V* (*dett.*), *om. C* ‖ 6 uenialis — QVAMOBREM *om. V* ‖ 9 est confessio *V* (*dett.*) | NAM — EST *om. V* ‖ 10 o. coepit] occepit *C*, et occ- *V* | Et *om. V* (*dett.*) | repentinam *C* ‖ 12 uolenti *C* ‖ 13 posset *V* (*dett.*) | que facilius *C* ‖ 14 tentat *V* ‖ 17 quo — nescio *om. C* ‖ 18 et] ịṭạ (et) *V*, contra *C* ‖ 20 g.] o · *C*, *om. V* ‖ 23 distillantes *V* ‖ 24 EIVS] est *C* | *παρενθεσις V* (par- *dett.*), * * * * * *C* ‖ 26 *ὑφαν V* (*ὑφέν Steph.*), *om. C* (*lac. dett.*); *τύχη ἀγαθή male ed. pr.* | deest *C*

incerto, ʻfors fortuna' in bono ponitur. Vergilius (*Aen. IX 41*) ʻsi qua inte⟨rea⟩ for⁺una fuisset' et ipse (*Phorm. V 6, 1*) ʻo Fors Fortuna'.

*387* **27** 1 PER EAM TE O. oratorie inducuntur et pro tacentibus preces. 2 PER EAM TE O. obtestatio est precatio cum mentione earum rerum, per quas petimus, ut (*Verg. Aen. X 45—46*) ʻper euersae, g., f. T. e. o.' 3 SI IVS SI FAS EST utrum hoc inuidiose an quasi femina, quae leges nesciat? 4 VTI ADVERSA EIVS mire non ʻcrimen' sed ʻaduersa'.

*388* **28** 1 PER TE TECTA TACITAQVE ʻtecta' si reducis, ʻtacita' si repudias sub alia excusatione. 2 An idem significant? an potius: neque re neque uerbo indices? 3 An ʻtecta', ne uideantur, ʻtacita', ne dicantur?

*389* **29** 1 SI VMQVAM ERGA TE Vergilius (*Aen. V 798*) ʻsi concessa p., s. d. e. m. p.' Terentius sic (*Andr. I 5, 57—58*) ʻsi te in germani fratris d. l. s. h. t. s. s. f. m.' 2 SI VMQVAM ERGA TE ab ante acta uita.

*388* **28** 4 TECTA TACITAQVE ʻtecta' sint, ne ex odiis sciant, ʻtacita', ne ipse indicet.

*390* **30** VT SIBI DES PRO I. subauditur ʻgratia'.

*391* **31** 1 CETERVM DE REDVCENDA I. F. temptat etiam hoc persuadere, sed oratorie et uerecunde. 2 *Et* mire ʻde reducenda' dixit, non ʻde respuenda'. 3 QVOD IN REM SIT ⟨T.⟩ nam reddenda dos erit.

*392* **32** SOLVS CONSCIVS a possibili, nam hoc nomine ostendit tacere eum posse, quod conscius sit ipse solus.

*393* **33** 1 NAM AIVNT honestius ʻaiunt' pro ʻait' dixit, nam

4 o.] oro *C*; *sic et infra* ‖ 7 ut] et *C* | reuersae *C*, adu- *V* ‖ 11 TACITAQVE] quę *C* ‖ 13 sig[t] *C* ‖ 14 uideatur . . dicatur (-antur *C*) *codd.*, *corr. Steph.* ‖ 16 m. *om. V* | sic *om. C* ‖ 17 t. — m.] e · s · r · f · n · *C*, t · s · f · u · *V* ‖ 18 facta *codd.*, *corr. Steph.* ‖ 19 ex odiis *Schoell*: ex aliis *C*, *cod. Cuiacii*, alii *V*, hec alii *dett.* ‖ 20 indicit *C* ‖ 21 DES PRO I.] despero *C*, des · *V* ‖ 22 REDVCENDA *om. C* | I. F.] ie *C*, *om. V* (*dett.*) | ⟨si te in (*om. C*) germani fratris⟩ temptat *codd.* | hoc etiam *V* ‖ 23 de] & *C* ‖ 25 reducenda *codd.*, ⟨nisi reducatur⟩ reddenda *Steph.*; respicienda *Schoell* ‖ 28 *ante* honestius *add. C* enim — quam = *schol. 33, 2*

qui aiunt, scire ⟨* * * *⟩ dicere potuit nisi Philumena? 2 Ergo recte: 'aiunt' enim potius honestum est quam 'ait'.

3 POST DVOBVS CONCVBVISSE EAM MENSIBVS 'post duobus' simpliciter accipiendum, non 'post duos': est enim ⟨ἀναστροφή, non⟩ ἀντίπτωσις. 4 POST D. non statim ut nupta sit, sed postquam nupta est, post duos menses nuptiarum, ut sint ⟨reliqui⟩ quinque menses. 5 *Et* hinc apparet eam ante menses duos, quam nuberet, uitiatam, quinque mensibus cum Pamphilo fuisse, ex quibus duobus prioribus amatam esse, tribus reliquis peregrinatum esse Pamphilum. 6 An 'post duobus' pro 'post duos', ut Plautus (*Pers. IV 1, 4*) 'post principio denique' et (*cf. Pseud. I 3, 146 vel Trin. I 2, 154?*) 'post paulo'?

*395* **35** QVOD TE · SCIRE IPSA INDICAT RES quia contristatus es et corripuisti te foras.

*396* **36** EVENIAT PARTVS Philumenae scilicet.

*398* **38** 1 ABORTVM ESSE non est Latinum 'aborsa est' sed 'abortum fecit'. 2 ABORTVM ESSE deest 'natum' uel 'factum'. 3 Vel absolute, quomodo dicimus (*Ad. III 1, 8*) 'e re nata' uel quemadmodum dicimus 'ex te mihi orta est iniuria' (*cf. Ad. II 1, 35*). 4 DICAM ABORTVM ESSE rationabiliter dixit: fit enim abortus etiam septimo mense sine pernicie feminae. 5 SVSPECTVM FORE suspicabile, suspiciosum.

*399* **39** 1 EX TE RECTE EVM NATVM PVTENT noue dixit

1 *lac. sign. Schoell; idem suppl.* nequeunt, neque quisquam uere | ⟨metuit⟩ potuit *C* ‖ 4 suscipiendum *C* ‖ 5 ἀναστροφή, non *add. W.* | ἀντίπτωσις *W.*: antiphtosis *D*, antiphoris *rell.* | D. non *W.*: duos *V* (*dett.*), nos *C* ‖ 7 sit *C* | reliqui *add. Steph.* ‖ 8 hic *C* | eam *om. C* | ante *om. V* (*dett.*) | duos menses *V* (*dett.*) | ⟨prius⟩ quam *V* (*dett.*) | uiciata *C* (*dett.*) ‖ 9 quattuor *codd., corr. Westerh.* ‖ 10 duorum *C* | posterioribus *codd., corr. Westerh.* | reliquis tribus *V* (*dett.*) ‖ 11 fuisse *V* (*dett.*) | pamphilo *C* ‖ 14 res indicat *V* | ⟨& qua⟩ quia *C* ‖ 15 es et *W.*: esset *V*, essem *C* | corripuisse foras *V* (*dett.*) ‖ 17 aborta *C*, aborsum *V* (*dett.*) ‖ 18 fecit *Steph.*: facit *V* (*dett.*), *om. C* | ABORTVM *om. C* ‖ 20 ex te dicimus *C* ‖ 21 abortam *C* ‖ 22 rationaliter *V* ‖ 25 gnatum *V* | putant *V* (*dett.*), p · *C*

'natum abortum', quasi abortus nascatur. 2 'Natum' ergo pro facto conceptoque dixit.

400 **40** 1 †CONTINVO EXPONETVR† cum alienus exponitur et non tollitur pro tuo. 2 *Et* mire necandi pueri non fit mentio, quia Pamphili filius inuenietur, cum ei etiam per patrem puellae poeta succurrit. 3 EXPONETVR ad mortem scilicet. 4 HIC TIBI NIHIL EST QVICQVAM INCOMMODI ab utili. et est παρέλκον quartum, ut (*Ad. III 3, 12*) 'nihil quicquam uidi laetius'.

401 **41** 1 ET ILLI MISERAE INDIGNE ut non sit ἀνακόλουθον, et superiori uersui τὸ 'et' addendum est, ut sit: et tibi nihil ⟨est⟩ quicquam incommodi. 2 FACTAM INIVRIAM mire 'iniuriam' dixit, ut non condemnanda sit, sed dolenda.

402 **42** 1 POLLICITVS SVM plus quam 'promisi'.

401 **41** 3 ET ILLI MISERAE I. conclusio per enumerationem: et non laederis, inquit, et proderis miserae.

402 **42** 2 QVOD DIXI FIDEM quod promisi.

403 **43** ID VERO NEVTIQVAM HONESTVM ESSE ARBITROR 'neutiquam' non est omnino negatiuum, sed aliquid assertionis habet; est enim 'neutiquam' non nimis, non ualde.

404 **44** 1 NEC FACIAM bene addidit 'nec faciam': multa enim etiam ⟨in⟩honesta amore suscipimus. 2 ETSI ME AMOR GRAVITER CONSVETVDOQVE hoc cum gemitu. 3 *Et* τὸ 'etsi' non est complexiuum neque praepositiuum sed

1 gnatum *1. V*, nata *C* ‖ 3 *schol. pertinet ad* HIC TIBI — INCOMMODI ‖ 5 sit *C* ‖ 6 concurrit *codd., corr. Steph.* | exponet *C* ‖ 7 hinc *C* | nil *V* ‖ 8 ab utilitate *C* | παρέλκον (par- *dett.*) quartum *V*, ita *** quarum *C* ‖ 9 uidi quicquam *V* (*dett.*) ‖ 10 ET] ut *codd.* | ut ⟨ne⟩ non *V* (*dett.*) | ἀνακολουθον *V*, *om. C* ‖ 11 et *1.*] ut *C* | uersu ita et *C*, uersui ita *V*, *corr. Steph.* | et *3.*] est *codd.* ‖ 12 nil *V* | ⟨ut⟩ incommodi *C* ‖ 13 condemnanda *cod. Cuiac. et Huls.*, commendanda *C*, contemnenda *V* (*dett.*) ‖ 14 condolenda *V* ‖ 15 post quam *C* ‖ 16 ET] ut *V* ‖ 17 laeseris *V* | miseri *C* ‖ 18 duxi *C* | promisit *C* ‖ 19 ID] in *codd.* ‖ 20 negatum *C* | ⟨et⟩ assentionis *C*, assensionis *V* (*dett.*), *corr. Schoell* ‖ 22 NEC ... nec] ne ... ne *codd.* ‖ 23 etiam honesta (*utrumque post* suscipimus *V*) amare *codd.*, *corr. Steph.* ‖ 24 GRAVITER *om. C* | Et τὸ 'etsi' *W.*: et τὸ si *V*, & to si *C*

subiunctiuum, id est pro ʻtametsi'. 4 ⟨AMOR⟩ CONSVETVDOQVE duae res contra honestum et utile ualidissimae. 5 *Et* bene ʻtenet', non ʻtenuit'.

405 **45** 1 LACRIMO QVAE POSTHAC FVTVRA EST VITA bene propensior in affectum est, ut uerisimile fiat potuisse reticere. 2 *Et* ʻlacrimo' non pendet a superiore, sed interpositis diu fletibus dixit. 3 LACRIMO QVAE POSTHAC ʻquae' modo non uim pronominis continet sed querelae. 4 *Et* ʻlacrimo' sic dixit, ut Vergilius (*Aen. IV 30*) ʻsic effata sinum l. i. o.' 5 *Et* est ordo: lacrimo, cum in mentem uenit.

406 **46** 1 O FORTVNA hic fortunam pro bona posuit. 2 VT NVMQVAM PERPETVO ES BONA legitur et ʻdata', nam et sic pro ʻbona' intellegitur necessario.

408 **48** 1 IDEM NVNC HVIC legitur ʻidem' et ʻeidem'; ⟨si ʻidem'⟩, ego, si ʻeidem', hoc est amori. 2 OPERAM DABO difficultatem rei ostendit dicendo ʻoperam dabo'.

409 **49** 1 ADEST PARMENO CVM P. quia idem Parmeno est secretorum conscius, addidit ʻcum pueris'. 2 MINIME EST OPVS id est: omnino non est opus.

413 **53** ALIQVO MIHI EST HINC ABLEGANDVS DVM PARIT PHILVMENA in tota comoedia nec cessabit, cum sit piger, nec resciscet, cum sit curiosus, Parmeno.

414 **54** DVM PARIT PHILVMENA ʻdum' alias dummodo, alias donec; nunc quamdiu.

2 duae *om. C* ‖ 3 non *Steph.*: nam *CV* ‖ 4 bene *om. C*; *recte?* ‖ 5 affectu *V* (*dett.*) | tacere *V* (*dett.*) ‖ 6 ad superiora *codd.*, *corr. Steph.* ‖ 7 dixit] dr̃ *C*, *ut saepe* ‖ 8 non *hic om. V* (*dett.*) | continet] non tenet *V* (*dett.*) | querelae *Steph.*: et querela *C*, querelam *V*; *ergo exclamatio est, non interrogatio* ‖ 12 fortuna 2. *C* | bona *L*, -nam *rell.* ‖ 14 et *om. V* ‖ 15 idem ⟨idem⟩ *C* | legitur *W.*: ego *codd.* | idem *om. V* | et eidem *W.*: quia idem (id est *C*) *codd.* | si idem *add. W. duce Klotzio* ‖ 16 si eidem] sic id est *C* ‖ 18 P.] pamphilo *codd.* ‖ 19 est] consors *V* (*dett.*) | secretorum⟨que⟩ *codd.* ‖ 20 opus est *V* (*dett.*) | non est *om. C* ‖ 21 ⟨sed⟩ mihi *C* | HINC] b · *C*, *om. V* (*dett.*) | DVM PARIT *om. C* ‖ 22 in *om. C* | cessauit *codd.*, *corr. Steph.* ‖ 23 cum sit *om. C* ‖ 24 PHILVMENA] · i · *C* ‖ 25 numquam diu *codd.*

4.

415 **1** 1 AIN TV TIBI HOC INCOMMODVM EVENISSE ITER alia ratio est currentis ad argumenta, alia actuum comicorum; sed perfecti poetae est ita seruire argumento, ut tamen spectator nouis delectationibus teneatur. nam in hac scaena, donec perueniat ad Pamphilum Parmeno, hoc εὕρημα inducitur, cum ostenditur, quid mali sit nauigatio.
2 AIN TV TIBI pro ʽaisne tuʼ. et sic aliquid iam dixisse magni ⟨in⟩ praecedenti oratione ex respondentis sermone monstratur. 3 AIN TV ⟨aut⟩ in scaena nascitur oratio aut in scaenam defertur.

417 **3** TANTVM QVANTVM RE IPSA N. I. E. ἀνακόλουθον quartum: non enim intulit ʽquantumʼ. ut Vergilius (*Geo. IV 411—12*) ʽquanto ille magis formas s. u. i. o., tam tu, nate, magis contende tenacia uinclaʼ.

418 **4** O FORTVNATE NESCIS QVID MALI P. bene: maiore ⟨respondit⟩ affectu dicens ʽo fortunateʼ, quam si responderet ʽitaʼ.

419 **5** QVI NVMQVAM ES INGRESSVS MARE proprie dixit ʽingressusʼ, ⟨ut⟩ qui iam nauigauit ʽegressusʼ dicitur. sic Vergilius (*Aen. I 172*) ʽegressi optata potiuntur Troes harenaʼ.

420 **6** 1 NAM ALIAS VT OMITTAM MISERIAS παράλειψις oratoria. 2 MISERIAS nauigationis scilicet.

421 **7** 1 DIES TRIGINTA accusatiuus casus plenum numerum et continuationem rei significat. 2 DIES TRIGINTA AVT PLVS EO hoc exitiosum uel sine periculo uideri potest; sed uide quid addat. 3 AVT PLVS EO IN NAVI absolute

1 TIBI *om. V* | ITER] *sequitur lac. in V* ‖ 4 nam *om. V* ‖ 6 ἕυρημα *V*, **** *C* (*dett.*) | ostendatur *C* ‖ 7 TIBI *om. V* (*dett.*) | pro *om. C* | iam aliquid *V* | dixisse ⟨ain tu tibi⟩ *C* ‖ 8 magni praecedentis orationis et respondere sermo ne monstretur (sermo dem- *V*) *codd.*, *corr. Steph.* ‖ 9 aut *add. W.* ‖ 11 QVANTVM] *sic et Ter. cod. A; scholiasta legit* QVAM | N. *om. V* | *ἀνακολουθον V* (an- *dett.*), **** *C* ‖ 13 tam tu — uincla *om. C* (*dett.*) | tam tu] tanto *V* ‖ 15 P. *om. C* | respondit *add. Schoell* ‖ 21 OMITTAM] *sic Ter. codd. EF*; mittam *rell.* | *παραλειψισ ed. pr.*: *παραλήμψισ V*, n · a · pᴧ · ᴧH · VY · IC *C* ‖ 22 nauigationes *C* ‖ 23 accusationis *C*

ʽeo’, ut alibi (*Heaut. I 1, 10—11*) ʽannos sexaginta natus es, aut plus eo, ut c.’

422 **8** 1 MORTEM S. E. dura est exspectatio mali. Vergilius (*Aen. VI 614*) ʽi. p. e.’ 2 SEMPER M. EXSPECTABAM id est omnibus horis cum continuatione triginta dierum.

423 **9** ITA VSQVE ʽusque’ uel diu uel ualde.

424 **10** 1 ODIOSVM esse scilicet ita in mari dies triginta. 2 *Et* nomen posuit pro aduerbio: ʽodiosum’ pro ʽodiose’. 3 HAVD CLAM ME EST λιτότης pro: ego maxime intellego, quam odiosum sit. nam qui iungunt et sic legunt, errant et non intellegunt. 4 AVFVGERIM coniunctiuum modum posuit pro indicatiuo futuro uel, ut alii dicunt, promissiuo. 5 AVFVGERIM sic ueteres, quod nos ʽfugerim’.

426 **12** 1 OLIM QVIDEM TE CAVSAE IMPELLEBANT LEVES mire in seruum fugitiuum, qui ob uitium eiusmodi, non ob causam fugiat. 2 *Et* bene ʽleues’ dixit: haec enim non est leuis.

427 **13** 1 QVOD NVNC MINITARE FACERE VT FACERES ordo: olim quidem te causae impellebant leues, Sosia, ut faceres, quod nunc facere minitaris, hoc est hac occasione. et in Andria sic ait recusanti periurium seruo Mysis (*IV 3, 15*) ʽnoua ⟨nunc⟩ r. i. t. i.’ 2 FACERE VT FACERES ʽfacere ... faceres’ comicum est et Terentianum.

428 **14** SED PAMPHILVM IPSVM VIDEO a quo mis⟨sus⟩ sum. uel dominum, ut Graeci dicunt αὐτόν.

429 **15** EGO HVNC ADIBO uel noua curiositate ait Parmeno.

430 **16** 1 EQVIDEM TE E. bene excepit Pamphilus Parme-

1 alibi] in eauton · *in mg. add.* $V^2$ ‖ 4 i. p. e.] = inclusi poenam exspectant | M.] miser *V* (*dett.*) ‖ 7 uel *2. om. C* ‖ 8 ita *om. V* (*dett.*) | triginta dies *V* (*dett.*) ‖ 10 aut *C* | λιτοτὴ *V* (-της *Steph.*; *lac. dett.*), *om. C*; *ὀν ηέλαϑέμετουτο male ed. pr.* ‖ 11 iungunt] *sc.* odiosum haud clam me est *Umpfenb.* ‖ 13 permissiuo *C* ‖ 16 mire in seruum *in ras.* $V^2$ | huiusmodi *V* (*dett.*) ‖ 21 hoc est hac] hoc *C*, hac *V* (*dett.*) ‖ 24 faceres *om. C* | et] ut *C* ‖ 26 αὐτὸν *V*, * * * * *C* (*dett.*) ‖ 27 nunc abibo *C* ‖ 28 te e *B* (*qui hic incipit*), te *C*, te expecto *V*

nonem, ut uideatur uera dicturus. 2 ET QVIDEM TE E. apparet Pamphilum Parmenonis absentiam desiderare eo, quod nunc prior Parmenonem alloquitur.

431 **17** 1 IN ARCEM TRANSCVRSO OPVS EST ostendit quam longe sit, cum 'in arcem' dicat. 2 *Et* bene 'in arcem', ⟨quam⟩ Minerua condidit. 3 *Et* TRANSCVRSO pro 'transcurrere'. 4 CVI HOMINI haec uerba cum sua pronuntiatione uim recusationis in se continent. 5 CVI HOMINI cum recusatione pronuntiandum. et est pigri responsio laborem ad alium transferentis. 6 IN ARCEM pronuntia, ut ostendat, quam longe sit in arcem transcurrere.

433 **19** QVI MECVM V. V. E. apparet eum cum eo aliquid negotii habere, cum dicit 'qui mecum una u. e.'

434 **20** VOVISSE HVNC DICAM SI SALVVS D. R. facete dixit: more enim hoc fit eorum, qui longis itineribus maris periclitaturi uouent aliquid, si peruenerint. et conuenit hoc Pamphilo, quem supra (*v. 3*) male nauigasse audierat.

436 **22** 1 QVID VIS NVNTIEM AN CONVENIAM MODO non enim mandauerat quicquam, qui sine causa mittebat oblitus bene dissimulare ut qui mentiuntur. 2 *Et* sic pronuntiandum 'an conueniam modo', ut reprehendere dominum Parmeno uideatur.

437 **23** 1 IMMO QVOD INSTITVI ME HODIE deest 'nuntia', ut sit: immo nuntia. et sumitur a superiore sententia, qua dixit 'quid uis nuntiem?'

436 **22** 3 AN CONVENIAM MODO εἰρωνικῶς dixit, nam non hoc interrogantis simpliciter.

1 ⟨est⟩ et quidem *B*, equidem *V* (*dett.*) | E. *om. BC* ‖ 3 nunc *om. V* | prior] error non est *C* ‖ 5 cum] ut *V*, *om. C* ‖ 6 quam *add. Steph.* | Et *om. B* ‖ 9 pronuntiandum] -tiatione *B* ‖ 10 aliud *C* ‖ 11 ostendas *V* | quam ⟨·i·⟩ *C* ‖ 12 quid *B* | u·e·u· *BC*, una aduectus est *V* (*dett.*) ‖ 13 una u. e.] u·e· *B*, una aduectus est *V* (*dett.*) ‖ 14 nouisse (*corr. V*) *codd.* | D. R.] face *BC* ‖ 15 more *Steph.*: timore *codd.* ‖ 16 periclitati *B*, -tant *C* (*qui habet* mouent) | si peruenerint] superuenerint *B*, -rit *C* ‖ 17 quem *om. C* ‖ 18 qui *C* | CONVENIAM] cūueniret *B* ‖ 19 qui⟨a⟩ *C* ‖ 20 simulare *B* ‖ 23 QVOD *om. B* | constitui *Ter.* ‖ 24 sententia *om. BC* ‖ 26 ιρωΗΙΚωc *B*, ἰρωνικῶσ *V*, * * * * *C*

437 **23** 2 IMMO QVOD CONSTITVI ME HODIE apparet eum hanc conquisitam et uix corrasam inuenisse causam.

438 **24** 1 VOLA ἠθικῇ ὑπερβολῇ usus est: ita curras, ut uolare magis quam currere uidearis. 2 *Et* transcurrere iusserat (*v. 17*), nunc adiecit imperio: iam non curre sed uola.

439 **25** 1 AT NON NOVI HOMINIS FACIEM moralis expressio pigritiae in tot excusationibus posita est. 2 AT FACIAM VT NOVERIS stomachose pronuntiandum 'at', quod et Pamphilus repetit dicens 'at ⟨f. ut n.'⟩.

440 **26** 1 MAGNVS RVBICVNDVS CRISPVS CAESIVS CRASSVS C. F. [properatio] ἀθροισμός. 2 *Et* aceruo sine coniunctiuo est usus. 3 MAGNVS RVBICVNDVS ⟨C.⟩ imperite Terentium de Myconio c r i s p u m dixisse aiunt, cum Apollodorus c a l u u m dixerit, quod proprium Myconiis est, ut Lucilius (*l. inc. fr. 112 L. M.*) 'Myconi calua omnis iuuentus'; unde etiam prouerbium Graecum '*μία Μύκονος*'. sed ego Terentium puto scientem facetius Myconium c r i s p u m dixisse. 4 CAESIVS glaucis oculis. 5 Quasi felis oculos habens et glaucos.

441 **27** 1 CADAVEROSA FACIE subliuida †ad personam† rubore et liuore; rubicundi enim et crassi talem saepe habent faciem, quod est proprium cadaueris. 2 Potest et pulposa intellegi et crassa quasi cadauerosa; c a r o enim dicta est eo, quod c a r e a t anima; — 3 *Et c a r o*

1 hodie me *C* ‖ 2 hunc *BC* | ⟨id est⟩ inuenisse *C* ‖ 3 HΘιKHYΠ̇HpBoh (h *supra*) *B*, ἤθικη̑ ὑπερβολη̑ *V*, * * * * * *C* | est *om.* *C* ‖ 4 Et] q2 *C* ‖ 8 excusationes *CV* ‖ 9 at *Steph.*: id *codd.* | et quod *V*, et quod et *C* ‖ 12 F.] o · *BC* | properatio acroismos *BC*, archaismos properatio *V* (*dett.*); prop. *secl. W.* | acerbo *codd., corr. Steph.* ‖ 14 de michomo *V*, de auconio *B*, * * * * * *C* ‖ 15 miconis *B*, mich- *C*, michomis *V* ‖ 16 michomi *V*, -ni *C* ‖ 17 *μία* — ego *W.*: mẏrrachonos sed ego *B*, mira cronosse decon *C*, mirachonos (*in mg.* *μιραχονοσ*) sed ego *V* ‖ 18 michomum *V*, minimum *C* ‖ 19 felix *BC*, (*in mg.* uel felineos) *V* | habens oculos *C* ‖ 21 ad personam *BC*, *cod. Cuiac.*, ac de persona *V*; adpresso iam *Schoell* ‖ 22 et 2. *om.* *B* | crassitatem (et crassam *add.* *V*) *BCV*, crassiorem *cod. Cuiac.*, *corr. W.* ‖ 23 faciem *ante* saepe *V* ‖ 25 est eo *om.* *B*

*proprie mortuorum dicitur. Vergilius (Geo. IV 255) 'et corpora luce carentum'. unde carnifices dicti, quod carnes ex homine faciant.* — pulpa uero proprie, quae manducatur, eo quod pulsetur et concidatur. 4 *Potest et R pro D poni, ut caro sit dicta quasi cado, ut Vergilius (Aen. VI 481—82) 'belloque caduci Dardanidae', quod iam scilicet sine anima sit et cadat.* 5 DI ILLVM PERDVINT more pigrorum male optat ei, propter quem mittitur.

*442* **28** QVID SI NON VENIET omnia dicit, ne eat.

*443* **29** 1 MANETO CVRRE etiam Pamphilus tamquam de industria perseuerat. 2 NON QVEO ITA DEFESSVS SVM hoc in gestu et spectaculo plus est, nam incessu et actu exprimit lassitudinem.

*444* **30** 1 ILLIC ABIT quasi dicat 'licet iam loqui'. 2 ILLE ABIIT quasi cum difficultate completam rem ostendit hoc dicto.

*446* **32** SVAE GNATAE PARTVM ἐφεξήγησις.

*447* **33** 1 QVOD POTERO FACIAM id est: celabo quantum potero. 2 An quasi proiciens curas et fessus angore dixit 'quod potero faciam', id est: si non potero, cedam amori? 3 *Et* rursum tamquam pietatis admonitus adiecit exceptionem 'tamen ut pietatem colam': seruat enim in illo amorem poeta, cuius non paenitebit re cognita et errore sublato. 4 QVOD POTERO FACIAM id est: amori obsequar; nam misericordia mulieris de amore descendit.

1 dicitur mortuorum *CV* | et] tum *Verg.* ‖ 2 quod] quia *V* ‖ 3 quae] quod *B* ‖ 4 eo quod] ū id *B* | concitatur *C*, cons^c^idatur *V* ‖ 5 ut *2.*] et *CV* ‖ 7 sint et cadant *V* ‖ 8 perdunt *B*, -dant *CV* | pigerum *B* | propter *Steph.*: post *codd.* ‖ 10 qui *C* | ueniret *B*, uenerit (inu- *C*) *CV* | dicit] d . . . (*sic*) *B* | neat *BC* ‖ 11 manet occure *B*, occurrere *C* ‖ 12 NON] nā *B* ‖ 13 incessus *V*, *cod. Cuiac.* | actu *Klotz*: aucta *B*, aucto˜ *C*, auctor *in ras. V* ‖ 15 ILLIC ABIT] illigauit *BC* (*dett.*), ille abiit *V* ‖ 16 difficultatē (*om.* cum) *C* ‖ 18 natae *B* | effexsegesis *B*, effegesis *C*, *ἐνφεγέσισ V* ‖ 20 curā sed *B* ‖ 21 facio *C* | est *om. B* ‖ 23 ut] et *BV* ‖ 24 recondito (-tạ̊ *B*) terrore (et *add. V*) *codd.*, *corr. Steph.* ‖ 25 est] ubi *C*

5 QVOD POTERO hoc dictum apparet defectus esse, non uirtutis. 6 TAMEN VT PIETATEM COLAM recordatus est matrem laesam esse ab uxore; hoc enim credit et ideo se ad exceptionem reuocauit: ita se amori cedere oportere, ut nec obliuiscatur omnino pietatis. — 7 *Et bene in eam causam contulit necessitatem non reducendae uxoris, quae inuenietur nulla esse.* — sunt tamen qui manente eadem sententia totum hoc iungunt ʻquod potero faciam tamen ut pietatem colamʼ. hoc est: in quantum potero, dabo operam aduersus amorem, ut omisso eo pietatem colam. et subiungitur causa. 8 TAMEN VT PIETATEM COLAM deest ʻitaʼ, ut sit: — 9 *TAMEN pro ʻdumtaxatʼ.* — ita ⟨tamen⟩ ut pietatem colamʼ. dixerat enim ʻquod poteroʼ et ideo addidit exceptionem ʻtamen ut pietatem colamʼ, id est: non sum oblitus et matris. 10 TAMEN pro ʻita tamenʼ.

448 **34** 1 NAM ME PARENTI POTIVS QVAM AMORI ʻamoriʼ plus quam ʻuxoriʼ, quia dixerat ʻquod poteroʼ. 2 *Et* hoc est quod dixerat ʻquod potero faciamʼ.

449 **35** ATAT interiectio est conterriti et turbati.

450 **36** HORSVM PERGVNT modo ʻpergunt' pro eunt, alias perseuerant.

---

5.

451 **1** 1 DIXTIN DVDVM ILLAM DIXISSE SE EXSPECTARE FILIVM facete principium interrogantis est, ita ut sciat

1 quod p. ⟨f.⟩ apparet hoc dictum *V* ‖ 2 tamen et pietatem colam *V*, tn · p · c · *B*, tamen col · piet · *C* ‖ 3 laesam matrem *CV* ‖ 5 nec] ne *B* ‖ 6 contulit necessitatem *om. C* ‖ 7 inuenitur *BC* | qui *D*, quae *rell.* ‖ 8 ⟨et⟩ quod *B* ‖ 9 tamen — colam] ita ut pietatem colam *B*, t · u · p · c · *V*, u · c · p · *C* ‖ 11 et — 12 COLAM *om. C* ‖ 12 deest — 13 colam *om. V* | ut] uelut *C* ‖ 13 ⟨ut sit⟩ ita *BC* | tamen *add. W.* ‖ 15 et *om. V* (*recte?*); ⟨pietatis⟩ et *Schoell* ‖ 16 pro ita tamen *om. B* ‖ 17 POTIVS] pudet *B* ‖ 18 quam] amen *B*, *om. C* | uxoris *BC* | potero ⟨faciam⟩ *C* ‖ 20 et ⟨con⟩turbati *V* ‖ 23 dixistin *B*, dixti *V*; *sic et infra p. 270 l. 2 et 4* | illa *C* | SE] · x · *B*, *om. CV* | EXSPECTARE FILIVM *om. C*

quid sibi responsurus sit, quem interrogat: illaturus est enim argumentum per ἐπαγωγήν. 2 DIXTIN DVDVM ILLAM quia dixerat (*II 2, 26—27*) ‘sancte adiurat non posse illic P. s. a. p.’ 3 DIXTIN DVDVM captiosa interrogatione coepit dicturus (*v. 2*) ‘uenisse aiunt: redeat’.

*452* 2 FACTVM id est: dixisse illam aut me. et deest ‘est’ ut sit: factum est.

*453* **3** 1 QVAMOBREM NON REDVCAM NESCIO habet causam, sed non uult ueram dicere causam et praeterea non uult cum inuidia matris suae loqui, si in illam conferat, ut uxorem non reducat domum. 2 QVEM EGO HIC AVDIVI LOQVI ut solet, primo personas inducit loquentes secum; ipsas deinde conuenire inuicem, ut alibi (*Andr. I 5, 32*) ‘quis hic loquitur? Mysis, salue!’

*454* **4** 1 CERTVM OBFIRMARE EST aduersus omnia obstinate agere, *uel contra omnes.* 2 OBFIRMARE EST VIAM ME QVAM DECREVI PERSEQVI id est: ut matri potius quam uxori morem gerat.

*457* **7** 1 ET ADEO QVOD MAXIMVM EST SALVVM ATQVE VALIDVM ordo: primum ‘aduenisse’, deinde ‘saluum’, postremo ‘ualidum’. 2 SALVVM ATQVE VALIDVM αὔξησις ad salutem: u a l i d u s namque est robustus et habitior corpore.

3 CREDITVR minus blande respondet de repudio locuturus. 4 QVOD MAXIMVM EST legitur et ‘quod maxime est’.

*458* **8** 1 ADVENIS MODO difficile inuenitur praesentis temporis ‘modo’. atque ut ostendat esse momentum etiam

2 ЄΠΔΤΟΓΗΗ *B*, enas · a · ſ · N . N · *C*, ἐπαγώγην *V* | ⟨iam⟩ dudum *V*; *sic et infra* | illa *C* ‖ 3 quam (ia *supra*) *V*, quod *B* | adiurauit *B* ‖ 4 illic ⟨· c ·⟩ *codd.*; apud uos *Ter.* | dixit *C* ‖ 6 est *2. om. B* ‖ 8 reducant *CV* ‖ 9 causam *om. B* | propterea *CV* ‖ 12 primas *C* | loquentis *B*, -tes (*post* secum) *V* ‖ 13 ipsa *BC*, -as (*post* deinde) *V* ‖ 16 uel *W.*: id est *codd.* | EST — ME] tuam meȩ *C*, meae *B*, uiam me *V* ‖ 18 geram *Westerh.*; *recte?* ‖ 19 QVOD] quam *CV* | ATQVE VALIDVM *om. BC* ‖ 20 ordo ⟨est⟩ *V* | postremo — SALVVM *om. C* ‖ 21 auxesis *CV* ‖ 22 est *om. B* | corpore ⟨redditur⟩ *V* (*dett.*) ‖ 23 credatur *V* | locuturus *cod. Cuiac.*, uocaturus *rell.* ‖ 25 temporis *om. C* ‖ 26 etiam] et *C*

temporis praesentis, dixit ‘admodum’, quod est nimis. 2 ADVENIS MODO Vergilius (*Aen. X 228—29*) ‘uigilasne, deum gens, A.?’ 3 ADMODVM excusatio, cur adhuc non uiderit patrem. 4 CEDO QVID RELIQVIT PHANIA CONSOBRINVS NOSTER utrum iactanter Laches hereditatem loquitur praesente socero, ut illum cupidiorem faciat ad reuocandam filiam — et fit saepe hoc, ut ex alio principio peruenire quaeramus ad ea quae uolumus dicere — an ideo, ut sciat rem, etiam in diuitias suas cupidiorem socerum redditurus?

459 **9** 1 CONSOBRINVS NOSTER quasi ⟨con⟩sororinus. — 2 *Sobrini sunt de duabus sororibus, consobrini de fratre ac sorore.* — et hac propinquitate Terentius †frequentata mouetur aut heredum. 3 CONSOBRINVS NOSTER cum ex fratre natus est alter et alter ex sorore, consobrini, cum ex fratribus, patrueles dicuntur. 4 SANE HERCLE H. V. O. id est satis, ualde; nam qui sanus, et ualidus est. 5 VOLVPTATI O. F. D. V. contra facit Pamphilus disiurgium uolens, nam nihil dicit uel parum relictum.

460 **10** HAVD MVLTVM HEREDEM ⟨I.⟩ parum consulunt heredi.

461 **11** 1 SIBI VERO H. R. bene et facete: nihil heredi relinquunt, sibi uero relinquunt. 2 VIXIT DVM VIXIT BENE πλοκή: unum ‘uixit’ aliud significat et alterum

1 praesentis temporis *V* ‖ 3 A.] a · e · *V*, *om. C* | accusatio *C* ‖ 4 PHANIA *om. V* | CONSOBRINVS NOSTER *om. BC* ‖ 7 et fit] ut sic *C* ‖ 8 queramus *V* ‖ 9 sciat — in] sciat rem et *cod. Cuiac.* (*Steph.*), sciat cremetiti et *B*, se iactet cremeti in (et *V*) *rell.*; etiam *Teuber* | diuitiis suis *C* ‖ 11 NOSTER *om. B* | consororinus *W.* (*cf. Isid. orig. IX 6, 14; Thes. gl. s. v.* consobr.): sororinus *codd.* ‖ 13 ac ⟨de⟩ *C* | hac *V*, a *C*, *om. B* ‖ 14 frequentata (-tate *cod. Cuiac.*, -ta *C*) mouetur (-entur *cod. Cuiac.*; morientur *C*) aut (ut *Steph.*) heredum *codd.*; *v. append.* ‖ 15 NOSTER *om. C* | ex fratre — cum *om. C* ‖ 16 consobrinus *B*, *om. V* ‖ 17 o · u · ⟨f ·⟩ *V* | ualide *V* | quis natus *BV* ‖ 18 est *om. C* | D. V. *om. V* ‖ 19 disiurgium *CV*, disuirgiñ *B* | dicit *om. B* | paruum *V*, par *BC* ‖ 20 aut *C* | par consulunt *B*, pachosulunt *C* ‖ 21 nihil *om. V* ‖ 22 sibi uero relinquunt *om. BC* ‖ 23 πλοκή — *272, 1* BENE *om. C* | ΠΛΟΚΗ *cod. Cuiac.*, plane *B*, *om. V* | uidit *BV* | aliud] alium *BV*

'uixit' aliud. 3 VIXIT DVM VIXIT BENE sententia est hortantis ad delicate uiuendum.

462 **12** 1 TVM TV IGITVR N. A. ⟨H. P. V. S.⟩ 'uixit dum uixit bene' scilicet: hoc enim reliquit. 2 VNA SENTENTIA expressit animum auari senis.

463 **13** 1 QVICQVID EST I. Q. R. P. 'quicquid est' ad paruitatem refertur, ut 'aut enim id mihi satis est, quod est de me opinionis, quicquid est' Cicero (*div. in Caec. 11, 36*). 2 QVICQVID EST ID QVOD nullum in hoc sene fuit doloris officium, antequam sciret aliquid relictum.

3 PROFVIT id est: pro nobis fuit, ac per hoc: nostrum est; potest enim ipse profuisse, potest res eius. 4 IMMO O. morem eorum expressit, quibus relinquitur: qui cum audierint sibi esse aliquid relictum, tunc tristes se fingunt adeo.

464 **14** 1 NAM ILLVM VIVVM ET S. V. non idem est 'uiuum' quod 'saluum'. 2 IMPVNE OPTARE I. L. bene 'impune', quia heredi poena est mortuos reuiuiscere. 3 An: sine detrimento optas, ut cum medicus dicit de iam mortuo 'ego si illum curarem, uiueret'? 4 IMPVNE O. si optata euenirent, numquam, inquit, optares, ut ille reuiuisceret.

465 **15** 1 ILLE REVIVISCET I. N. mire poeta his uerbis Phidippum quoque subinuidere significat. 2 NVMQVAM plus est 'numquam' quam 'non'. 3 ET TAMEN VTRVM MALIS SCIO mortuum illum malis, quam ut reuiuiscat denuo. 4 ET TAMEN V. M. SCIO quid magis de duobus uelis scio, utrum illum mortuum, quod est, permanere an reuiuiscere, quod exoptas.

6 Q. R. P. *om. B* | P. *om. V* | est *om. C* ‖ 7 mihi id *V* | quod de me est *C* ‖ 8 Cicero *W.*: sic *codd.* ‖ 12 ipse *om. C* ‖ 13 O. *om. BC* ‖ 14 tunc] hunc *C*, hinc *B* ‖ 16 est *om. C* ‖ 17 I. L.] hoc licet *B* | bene impune *om. V* ‖ 18 An] aut *V* ‖ 19 documento *BC* | mortuo *om. V* ‖ 20 ego *om. C* | illum si *C*, si *V* | curare *C*, -rim *V* ‖ 22 I. N.] numquam *B*, i· *C*, u· *V* ‖ 23 phidippi *C* | significat] sic *C*, *om. B* ‖ 24 numquam *om. B* ‖ 25 MALIS SCIO] quid si *C* | mortuum — 27 scio *om. B*, — 27 permanere *om. C* ‖ 27 utrum] iterum *B* | est] et *V* ‖ 28 reuiuescere *C*

466 **16** 1 HERI PHILVMENAM AD SE hoc erat, quo omnis tendebat oratio. 2 AD SE ACCERSI IVSSIT bene et ʽaccersiʼ et ʽiussitʼ, ut nihil uxor sua sponte fecerit. 3 *Et* ʽheriʼ et ʽiussitʼ bene, ut tempus breue sit et coacta uideatur exisse. 4 Non ʽabduciʼ sed ʽaccersiʼ, nec ʽa nobisʼ sed ʽad seʼ.

468 **18** 1 OMNEM REM SCIO VT SIT G. Pamphilus uultuose et cum supercilii tristitia hoc dicit. 2 VT SIT GESTA ut Vergilius (*Aen. II 4*) ʽTroianas ut opesʼ.

469 **19** 1 AT ISTOS INVIDOS D. P. bene ʽinuidosʼ, †quibus non matrimonio inuideant. *ergo reuocanda uxor est.* 2 *Et* adeo non puduit mendacii honesti deprehensum senem, ut inuidos diceret, qui uera prodiderunt.

470 **20** 1 EGOMET SCIO CAVISSE principium a tempore, a dictis, a factis tam suis quam aduersariorum et ab ante acta uita et praesenti. 2 EGOMET SCIO CAVISSE NE V. M. mire addidit ʽmeritoʼ; non enim potui cauere, inquit, ne fieret: caui igitur, ne merito fieret, quod in me fuit.

471 **21** IDQVE SI NVNC M. V. ab ante acta uita.

472 **22** ET CLEMENTI FVI pro ʽfuerimʼ: indicatiuum pro coniunctiuo posuit.

473 **23** NI TE EX IPSA H. M. V. *παράλειψις*.

474 **24** EO PACTO M. A. T. M. E. I. F. bene non ʽdictisʼ sed ʽingenioʼ.

475 **25** 1 CVM ILLA QVAE IN ME NVNC INIQVA EST AEQVA

1 SE *om. V* | erit *B* ‖ 4 et iussit et heri *B* | uidebatur *BC* ‖ 5 adduci *C* | nec ⟨non⟩ *C* ‖ 7 G. *om. BC* | Pamphilus *om. V* ‖ 8 dicit *W.*: dū *BC*, dr̄ *V* | ut] u (i above) *B* ‖ 10 quibus non *BV*, non *C*; *fort.* qui iusto *vel* bono (*Goetz*) ‖ 11 inuideatur *C* ‖ 12 honesti *W.*: -ste *codd.* ‖ 13 senem] sensus *C* (*dett.*) ‖ 14 SCIO — 15 suis *om. C* ‖ 16 ⟨a⟩ praesenti *B* | v.] i · *V* ‖ 17 potuit *codd.*, *corr. Steph.* ‖ 18 caui *Westerh.*: ea ui *CV*, ea *B* ‖ 19 M. V. *om. V* ‖ 26 indicatiuus (*om.* posuit) *B* ‖ 22 NI] id *C* | H. M. *om. BV* | V. *om. V* | *παράληψις V*, na ρaHΨIC *B*, *** illic *C* ‖ 23 M. A. T. M. E.] merito erit *BC* | I. F.] s · ingenio *V*, ingenio & fides *C* | non — ingenio *om. B* ‖ 25 CVM — AEQVA *om. B* | INIQVA EST AEQVA] i · e · c · *C*

'iniqua aequa' παρονομασίαι sunt Terentianae. 2 *Et* bonum argumentum, nam et Vergilius (*Aen. I 625*) 'ipse hostis Teucros i. l. f.' inquit et Cicero (*in Verr. II, I 33, 83*) 'te ipso teste nequam atque improbo, uerum ad hanc rem s. i., te, inquam, t. d.' 3 INIQVA EST AEQVA DE ME DIXERIT quia aduersarii testimonium, si contra se dicat, tam graue est, quam boni uiri.

*476* **26** 1 NEQVE MEA CVLPA H. D. E. non ergo quid fiat, sed utrum per nos fiat, scilicet quaerendum est. 2 *Et* nimis abrupte dixit 'euenisse', non 'euenire'. 3 HOC DISCIDIVM EVENISSE ad confirmationem non 'euenire' sed 'euenisse' dixit.

*477* **27** 1 SED QVANDO INDIGNAM hoc sic profert, ut ipsam ostendat causam esse discidii. et hoc ipso temptat, utrum dotem retinere possit, et ideo supra (*v. 26*) 'neque mea culpa hoc d. e., i. t. d.' inquit. 2 INDIGNAM DEPVTAT M. M. forte ergo indigna est; — 3 *Et recte 'deputat'.* — mihi tamen mater colenda est. hoc sentit. 4 DEPVTAT M. M. ἐν ὑποκρίσει 'matri meae', ut idonea causa sit repudii.

*478* **28** 1 CVI CONCEDAT C. Q. M. T. hoc melius quam 'obsequatur' aut 'inseruiat'. 2 MORES TOLERET bene 'mores' ut aniculae, non enim 'prauitatem'; unde senes m o r o s i appellantur. Horatius (*c. I 9, 17—18*) 'donec uirenti canities abest morosa'. 3 MORES TOLERET o temperamentum! 'mores' potius quam 'iniurias' dixit.

1 iniqua aequa *B*, atque iniqua *C*, *om. V* | ΠΑΡΑΝΟΜΑΤΙΑΙ *B*, παρανομασία *V*, * * * * * *C* ‖ 2 nam et *Steph.*: clamet *codd.* | hostis ipse (*om.* Teucros) *B C* ‖ 3 et *om. V* | Cicero] q̂ro *C* ‖ 4 te — improbo] teste homine nequam *Cic.* ‖ 5 s. i. te] tamen idoneo te ipso *Cic.* | te ⟨te⟩ *C* ‖ 6 quia] qui *B C* ‖ 7 dicit *C* ‖ 8 H. D. E.] etc · *B*, *om. V* ‖ 9 utrum sed *codd., corr. ed. Med.*; uerum si *Schoell* | scilicet *W.*: sed *codd.* ‖ 10 HOC — 11 euenire *om. C* ‖ 11 non euenisse sed euenire *B* ‖ 15 retinere *Pithoeus*: relinquere *codd.* ‖ 16 t · d · *om. C* | INDIGNAM — sentit *om. V* ‖ 17 recte putat *B C*, *corr. Steph.* ‖ 18 tamen mihi *C* | celanda *B* | DEPVTAT] an putat *B* ‖ 19 e · n · ΙΠΟΡΡΙCΙ *B*, e · n · v · n · o · R · pi · c · i · *C*, e · n · ὑποκρίσι *V* ‖ 22 tolleret *C* (*sic semper* ‖ 25 abest] habeat *B C* | o *Steph.*: ob- *V*, *om. B C*

479 **29** NEQVE ALIO PACTO COMPONI POTIS EST nisi ut concedat matri toleretque mores eius.

480 **30** 1 SEGREGANDA A ME EST AVT MATER AVT PHIL. bene tamquam ex deliberatione colligit, quod facturus est. 2 *Et* mollius 'segreganda' quam 'excludenda'.

481 **31** NVNC ME PIETAS M. P. C. quam mollibus uerbis repudium nuntiatum est!

482 **32** 1 PAMPHILE HAVD INVITO AD A. optime dictum 'haud inuito': non enim in totum uolenti quippe de discidio; sed tamen, quia pie locutus est, mediocriter approbauit. 2 PAMPHILE H. I. AD AV. grauis oratio est a nomine incepta. Vergilius (*Aen. XII 19*) 'o praestans a. i.' 3 *Et* est figura λιτότης. *sic Vergilius (Aen. I 16) 'posthabita c. S.'* 4 HAVD INVITO A. A. senili loquacitate pro 'recte locutus es'.

483 **33** 1 OMNES RES plus dixit quam si 'uxorem' diceret. 2 PRAE PARENTE I. bene 'parente', quod nomen commune et cum patre est et cum omnibus, quos haec necessitudo coniungit. *melius ergo, quam si diceret 'matrem'.*

484 **34** 1 VERVM VIDE NE I. I. leniter et suadenter. 2 IRA non ergo 'iudicio'. 3 PRAVE INSISTAS PAM. non enim incipere sed insistere hic malum est.

485 **35** 1 QVIBVS IRIS I. non dixit 'qua ira', ne superbe loqueretur, sed 'quibus iris'. 2 Hoc ipsum per ironiam deridet, quod pater dixit 'impulsus ira'. 3 An 'iris' matris et mea? ⟨an⟩ uxoris et mea? an omnium trium? 4 QVIBVS IRIS IMPVLSVS recte non uult iram esse, ne pec-

1 potest *B*; *sic Ter. codd.* ‖ 3 ME *om. V* | aut est mater *V*, aut mater est *C* | aut philo· *B*, aut philomena l· *C*, ph·aut phil· *V* ‖ 6 M. P. C.] c· *B*, *om. V* ‖ 8 AD *om. B* | a·⟨sermo⟩ *V* ‖ 11 AD AV.] au· *B*, *om. V* | est *om. C* ‖ 13 Et est figura *om. B* | Lιτoτeſ *B*, λιϑότησ *V*, **** *C* | sic Verg. *etc.*] *haec olim ad v. 33* (postputasse) *adscripta erant* | posthabita c. S.] posthabita s· *V*, post habitas sed *C*, post abiens s·h· *B* ‖ 14 haut *B* | A. A. *om. V* ‖ 15 es *Steph.*: est *CV*, *om. B* ‖ 16 dixisset *B* ‖ 17 bene] prae *C* ‖ 18 omnibus ⟨parentibus⟩ *B* ‖ 19 coniungat *C* ‖ 20 I. I. *om. V* | et] ut *B* | suauiter *C* ‖ 25 derideret *BC* | An] aut *V* ‖ 26 me aan *1. W.*: meae *codd.* | mea an *2.*] meae aut *V*, mea *C* ‖ 27 nec peccare *C*

casse uideatur uxor: sic enim ait, quasi nec ipsa peccauerit. 5 QVIBVS IRIS IM. ille iram singulariter dixit, hic iras pluraliter, ne uideatur unius irae causa mittere uxorem.

*486* **36** QVAE NVMQVAM QVICQVAM ERGA ME COMMERITA EST PATER animaduerte proprietatem expressam commerendi et merendi.

*487* **37** ET SAEPE MERITAM ID QVOD VELLEM SCIO mereri bona dicimus, commereri mala, id est delinquere, peccare. ergo hic 'meritam' pro 'praestitisse' dixit. Vergilius (*Aen. IV 333—35*) 'ego te, quae plurima fando enumerare uales, numquam, regina, negabo promeritam'.

*488* **38** 1 AMOQVE ET LAVDO non statim, qui amantur et laudantur, etiam continuo desiderantur. multa ergo dixit 'amoque et laudo et uehementer desidero'. 2 Amoris impulsu nimius hic est circa uxorem et quasi oblitus et suae matris et uitiatae loquitur. sed tali opus est Pamphilo ad huiusmodi argumentum, donec perueniat ad καταστροφήν, in qua uxorem reduci necesse est.

*489* **39** 1 ERGA ME MIRO INGENIO hoc totum repudiaturus inaniter diceret, nisi ad exitum fabulae poeta respiciens reducturi animum in Pamphilo reseruaret. 2 *Et* nota repudiantem eam, quam laudat pietate sola compulsus. 3 NAM FVISSE ERGA ME o quantum ualet, quod 'fuisse' dicit et non 'esse' quasi re transacta!

*490* **40** VT RELIQVAM VITAM EXIGAT satis flebiliter dixit 'reliquam exigat'. Vergilius (*Aen. I 74—75*) 'omnis ut tecum meritis pro talibus annos exigat'.

*491* **41** CVM EO VIRO non inuidere iam non est mariti.

1 sic] nunc *B* | enim *om. C* ‖ 2 IM.] id *B*, & *C* | singularem *CV* | iris *3. C* ‖ 3 causam *BC* ‖ 4 QVAE] ne *BC* | QVICQVAM *om. C* | ERGA] c · *V* | patri *C*, pati *B* ‖ 5 expressam *ed. Med.*: expressit *B*, expresse *V*, (e *ult. in ras.*) *C*; ⟨ut⟩ .. expressit *Goetz et Schoell* ‖ 7 id *B*, i · *V*, q2 (*del.*) *C* ‖ 8 derelinquere *C* ‖ 9 prefecisse *C* ‖ 12 qui] quia *CV* ‖ 13 laudantur, ⟨nec qui laudantur⟩ *Steph.* | etiam] et *V* ‖ 14 et ueh- des-] et uide *B* ‖ 15 impulsus *B* | nimis *C* | et suae] seue *C* ‖ 17 eiusmodi *B* | castropham *C* ‖ 23 o *om. V* ‖ 24 dixit *CV* | re *Steph.*: de *codd.* ‖ 25 EXIGAT *om. V* ‖ 26 exigat *om. C* | ⟨ut⟩ uirg · *C* ‖ 28 iam] eam *B* | est *om. C*

492 **42** 1 QVANDOQVIDEM ILLAM A ME D. N. ⟨nota⟩ omnem conclusionem uerborum Pamphili confirmationem repudii continere, plus tamen sententia significante quam uerbis. 2 QVANDOQVIDEM I. A. M. D. N. non quidem dixit, tamen illam expellit; non ⟨enim⟩ distrahit, ⟨ni⟩si in ipsa sit causa, necessitas. 3 ⟨ILLAM A ME DISTRAHIT NECESSITAS⟩ excusatio in necessitate, quae est inexorabilis. 4 *Et* NECESSITAS partus scilicet, quam necessitatem domi offendit, quod ex alio scilicet peperit. 5 Sed modo uult necessitatem uideri maternae iracundiae, quae a nuru offensa sit.

493 **43** 1 TIBI ID IN MANV EST NE F. hoc opposuit, quod minime uult Pamphilus uideri et quod prodest socero. 2 SI SANVS SIES I. I. R. pro ‘si sanus es’, nam aliter ‘iubeas’ dicere debuit. 3 SI SANVS SIES bene pater supra (*v. 34*) iram dixerat, nunc insaniam significat inesse Pamphilo. 4 SI SANVS SIES IVBE ILLAM REDIRE non ergo culpa est, cui ut redeat iubere potest.

494 **44** NON EST CONSILIVM durum erat ‘nolo’ dicere. *ergo hoc lenius dixit.*

495 **45** 1 MATRIS SERVIBO C. hoc uerbo necessitatem, qua cogatur, ostendit. 2 QVO ABIS ADES factum Pamphili ex uerbis patris ostenditur, quod discessit. 3 *Et* bene, nam ulterius praesentem patri resistere durum fuit.

496 **46** 1 MANE INQVAM QVO ABIS bene ‘quo abis’, quia

1 nota *add. Schoell* | omnis conclusio *V* ‖ 2 continere *Schoell*: -net *codd.* ‖ 4 M. *om. V* | N. *om. B* | non quidem *W.*: non quid *B*, nunquid *V*, num quod *C* | dixit *om. C*; diserte dixit *Goetz* ‖ 5 enim *add. W.* | nisi in *Goetz*: sed in *BV*, sin *C* ‖ 6 ILLAM — NEC. *add. W.* ‖ 7 in⟨rae⟩ *B* | necessitate *L*, -tem *rell.* | Et *Steph.*: sed *BV*, *om. C* ‖ 10 ⟨in (*sscr. V*)⟩ necessitatem (quae est inexorabilis *repet. B*) mater uideri ne (ratione *V*) iracundiae *codd., corr. W.* | quod *V* | ⟨ita⟩ offensa sit *V*, offensit *C*; *schol. 42, 2 et 42, 5 fort. iungenda sunt* ‖ 11 NE F.] ne f · ne phed · *C*, n · f · Ne phedria *V*, ne sine phedria *B* | ⟨et⟩ quod *V* ‖ 12 quod *om. C* ‖ 13 ⟨s ·⟩ sies *V*, ⟨satis⟩ sies *C* | I. I. R. *om. V* | est *C* | alias *B* ‖ 14 SIES] es *codd.* ‖ 16 pamphilo ⟨dicit⟩ *C* | SIES] es *C* ‖ 18 durius *B* ‖ 20 SERVIBO C.] serui hoc *B*, seru · *C* | quo *C* ‖ 21 ADES] *sic Ter. cod.* $A^1$ ($D^1$?); mane *rell.* ‖ 22 non *C* ‖ 23 resistere patri *V* ‖ 24 bene quo a · *B*, *om. C*

patrem deseris et uxorem. 2 QVAE HAEC EST P. sic decuit socerum. et subindignatur, quia coram sibi fit contumelia.

497 **47** 1 DIXIN PHIDIPPE H. R. AE. L. artificiose Laches, ut minus miretur et minus indignetur socer irasci Pamphilum, quando ei praedictum est (*II 2, 19*) et sic oportuit. 2 DIXIN PHIDIPPE H. R. AE. seruauit uerba sua eidem personae, nam ita dixerat (*II 2, 19—20*) ʻneque adeo clam me est, quam esse eum aegre laturum credam, hoc si r.'

498 **48** QVAMOBREM TE ORABAM VT ILLAM REMITTERES inuidiose aduersum Phidippum, tamquam in illo sit, unde se purget et non accuset Pamphilum.

499 **49** NON CREDIDI EDEPOL bene quasi iratus: inhumanum esse, inquit, sci⟨ui⟩, sed ⟨non⟩ credidi usque adeo. potuit enim dicere: non credidi inhumanum fore, sed acerbe addidit ʻadeo'.

500 **50** 1 ITA IS SIBI ME pro ʻsibi et me'. 2 *Et* magno pondere legendum utrumque pronomen, ut (*Verg. Ecl. III 25*) ʻcantando tu illum?' *id est genero socerum, Pamphilo Phidippum uel si quid tale inueneris.* 3 SVPPLICATVRVM ⟨cum⟩ parum esset ʻsatisfacturum', ʻsupplicaturum' addidit.

502 **52** 1 SIN ALIO EST ANIMO R. D. HVC recte socer, non tam ut dotem recipiat quam ut terreat, hoc dicit. 2 *Et* RENVMERET proprie, quia dos pecunia est. 3 *Et*

1 *οὐκ ὀρθῶς Schoell*: ΩΚΘΟC *B*, *ωκθοσ V*, ΟΕΤΟΩC *cod. Cuiac.*, *** *C* | mihi *add. W.* ‖ 3 QVEM] *in C non incipit nova scaena* | istuc *B*, istunc *V* | habuerit *B*, *om. V* | colloquio ⟨****⟩ *V* ‖ 4 uirginum *B*, arg.<sup></sup>m *C* | immixta*?* | disputatio nam *BC* ‖ 6 procul *om. V* | PROCVL *om. B* ‖ 8 mulier est *Klotz*: mulierem *codd.* ‖ 9 to *B*, Te *C* ‖ 11 reprehenderit *C*, -ret *B* | SIT] est *B*, e *V* ‖ 12 pro *om. V* | *lac. sign. Calph.*; quia *suppl. ed. Med.*, quae *Steph.*; *malim* si quis ‖ 13 suum] tum *B*, eum *C* ‖ 14 ex concessione (*om.* ad) *BC* ‖ 17 se *om. C* ‖ 18 faciendum *V* | postea *BC* ‖ 20 faciundum *C* | post absolute et *C* ‖ 21 quo *BV* | pro *om. V* ‖ 22 id est] quidē *C* ‖ 24 FVAT] fiat *C*, fauẹat *V*, suat *B*

τῷ εὐφημισμῷ aduersum triste dictum usa est; nam ʻfors' bona fortuna est. 3 *Et* ʻfuat' sit significat: dixerat enim ille ʻquod faciendum sit post fortasse'. 4 FORS FVAT POL id est: bona eueniat, quasi τῷ εὐφημισμῷ dicat: bona dicito potius. 5 An: bona fortuna sit per Pollucem? 6 ABI RVS ⟨ERGO⟩ hortantis est ad celeritatem, ut Vergilius (*Aen. II 707*) ʻergo age, care pater, c. i. n.'

7 IBI EGO TE ET TV ME ⟨F.⟩ non dixit ʻibi nos inuicem delectabimus', sed quia senex atque anus est, ʻego te et tu me feres' dixit. et simul quia nuper incusauerat mores senum, ad se uocare uult causam abscessionis suae, non ad filii culpam aut nurus. 8 IBI EGO TE ET TV ME FERES aut quia noti inter nos sunt mores nostri aut quia utrique una aetas est. 9 *Et* sic pronuntia, ut quasi hoc ipsum necessitate decernat senex, cum dicit ʻabi rus ergo hinc'. 10 IBI EGO TE ET VT ME FERES ipsa pronuntiatio querelam continet de uitiis senectutis.

*611* 5 1 SPERO ECASTOR mire non confirmauit mulier, sed s p e r a r e se dixit, memor iurgii pristini et senilis amaritudinis, maxime quia et ille non dixit ʻibi nobis iucunde erit', sed ʻibi ego te et tu me feres'. 2 I ERGO INTRO ET COMPONE QVAE TECVM κωμικῷ χαρακτῆρι et usu cotidiano satisque moraliter. 3 *Et* quia mulieres ʻdum moliuntur, dum conantur, ⟨annus est'⟩ (*Heaut. II 2, 11*).

1 ΤΩ ΕΥΦΗΜCΑΙΩ *B*, τῶ ἐυφημισμῶ *V*, ***** *C* ‖ 2 fortuna bona *B* | fiat significat sit *C* ‖ 4 fiat *C* | ΤΩ ΕΥΜΗΜΙCΜΩ *B*, τῶ ἐυφημισμῶ *V*, ***** *C* ‖ 5 An] aut *CV* ‖ 7 ut *om. CV* ‖ 8 non — feres *om. B* | dixit ⟨Virḡ⟩ *C* | inuicem ibi nos *C* ‖ 9 ego ⟨feram⟩ *C* ‖ 10 accusauerat *B* ‖ 11 ad *cod. Cuiac., om. rell.* ‖ 12 aut ⟨ad⟩ *C* | te ego *C* ‖ 13 feres ⟨dixit⟩ *C*; *cf. supra* | noti *Steph.*: non *BV, om. C* | mores sunt *CV* ‖ 14 est *om. B* | pronuntiat *codd., corr. Steph.* ‖ 15 cum dicit *ed. Med.*: cum dū *BC, om. V* ‖ 16 ego *BC* ‖ 17 uitiis senectutis *W.*: filiis et senectutis (-tes *B*, -te *V*) *codd.* ‖ 18 SPERO] per oc (hoc *C*) *BC* ‖ 20 quia et] quod et *B*, que *C* ‖ 21 I *om. C* ‖ 22 QVAE *om. CV* | TECVM *om. V* | κωμικῷ χαρακτῆρι *Steph.*: ΤΩΝΙΧΑΡΑRΤΗΡΙ *B*, τῶ Ἡιω χαρακτήρι *V*, ***** *C* ‖ 23 quia ⟨diu⟩ *B* | diu *BV* | molitur *B*, moll- *C* ‖ 24 diu *B*, et diu *V* | conatur *B*, co(m)nantur dixit *V*, mater *C* | annus est *add. Steph.*

*612* **6** 1 DIXI denuntiatio est confirmandae sententiae nec mutandae, et translata de foro et causidicis. Cicero (*in Verr. II, II 30, 75*) 'praeco dixisse pronuntiat'. 2 DIXI hoc uerbum in fine additum superiora confirmat et est proprium his, qui perorauerunt causam. 3 PATER ipsum nomen dehortationem significat adiecta pronuntiatione. 4 PATER 'pater' sic pronuntia, ut hoc uultuose sit dictum.

*613* **7** 1 HINC ABIRE MATREM facete πρὸς τὸ 'quid uis?' respondit. 2 QVID ITA ISTVC rem supra audiuit et personam: nunc causam quaerit. 3 *Et* quasi dicat: esto ut nolis, quid tantopere non uis?

*614* **8** 1 INCERTVS SVM ETIAM QVID SIM FACTVRVS non 'quid faciam' dixit, sed 'quid sim facturus', ut incertum molimen etiam uerbis potuisset ostendere. 2 QVID EST et 'quid ita istuc uis' et 'quid est' eo uultu pronuntiantur, ut consilium eius et uerba uideatur contemnere pater.

*615* **9** QVID VIS FACERE NISI REDVCERE sic loquitur Laches, ut Pamphilus aliud respondere non audeat. et ideo dicit 'equidem cupio et uix contineor', ut reducam scilicet: ⟨sed⟩ adeo magna causa est non reducendi, ut cum uelim, non possim.

*616* **10** 1 SED NON MINVAM MEVM CONSILIVM acute satis 'reducendi' inquit 'cupiditas est, non reducendi consilium'. 2 ID PERSEQVAR non 'sequar' sed 'persequar' ait, ut instantiam demonstraret.

*617* **11** 1 CREDO EA GRATIA CONCORDES MAGIS sententiose

1 dixit *C*, dixi dixi *V*; *fort.* DIXI τὸ 'dixi' | nec] et *V* ‖ 2 mutanda *codd., corr. ed. Med.* | et *om. V* ‖ 3 DIXI] -it *BC* ‖ 5 iis *V* | perorauerant causas *B* ‖ 7 pater *om. V* | pronuntiat *C* | dictum sit *C*, dictum *V* ‖ 8 MATREM *om. V* | πρὸς τὸ *W.*: praesto *codd.* ‖ 9 istuc ⟨uis⟩ *V* ‖ 10 Et *om. B* ‖ 11 nolit ⟨not⟩ *B* ‖ 12 facturus sim *B* ‖ 13 incertum (-to *B*, -tam *V*) molimur *codd.* ‖ 14 ⟨eius⟩ uerbis *B* | QVID EST et] quidem *B*, *om. C* ‖ 15 quod est *BC* | pronuntiatur *BV* ‖ 16 uiderem *C* ‖ 18 aliud pamphilus ostendere *V* | et *om. CV* | ideo dicit *om. C* ‖ 19 et *om. B* ‖ 20 sed *add. W.* | uelit *V* ‖ 21 possit *codd., corr. Steph.* ‖ 22 consilium meum a caute *B* ‖ 24 id prosequar *V*, s · sequar *B* | sequar *om. V* | prosequar *V* ‖ 25 demonstret *B*

dixit tunc posse inter se congruere et concordare mulieres, cum et illa esse desierit socrus et illa nurus: haec enim inter illas est discidiosa coniunctio. 2 *Et* satis ingeniose dictum: tolle enim inter mulieres proximitatem et nulla causa discordiae est. 3 CONCORDES MAGIS SI NON 'magis concordes' utrum pro minus discordibus dixit an ut seruiret sententiae?

618 **12** 1 NESCIAS utrum concordes futurae sint an discordes. 2 NESCIAS VERVM ⟨ID⟩ TVA REFERT hoc uerbum ex aliqua parte confirmatiuum est et consentientis. 3 VTRVM unum de duobus significat: utrum concordes sint anne discordes.

619 **13** 1 ODIOSA HAEC EST AETAS ADVLESCENTVLIS supra in personam socrus culpam iratus contulerat discordiae, nunc et uxori placatus et nurui parcens odiorum causam a personis transtulit ad aetates, sed ita tamen, ut magis iuniores accusaret et de adulescentibus questus commiseraretur senes. 2 ODIOSA HAEC EST AETAS hoc cum gemitu pronuntiandum.

620 **14** 1 E MEDIO AEQVVM EXCEDERE EST utrum ex urbe rus an ex uita in mortem? 2 *Et* satis moraliter, nam in medio stare dicitur superuacuus uel molestus. 3 *Et* hoc cum stomacho dixit senili.

621 **15** 1 SENEX ATQVE ANVS haec duo nomina ut posita sunt caput indicant et inceptionem huiusmodi fabularum.

1 concordareque *C* ‖ 2 cum] si *B* ‖ 3 dicidiosa *B*, discordiosa *C*, desidiosa *V* ‖ 4 enim *om. C* ‖ 6 utrum — NESCIAS *om. V* | utrum *cod. Cuiac.*, uerum *rell.* ‖ 7 ut *om. B* ‖ 9 VERVM] uere *BCV* | hoc uerbum] *scholiastam* NESCIO *legisse censet Umpfenb.* ‖ 10 confirmantium *B* | VTRVM — significat *post* 12 discordes *legitur in codd., transp. W.* ‖ 11 an *V* ‖ 12 discordes ⟨sint⟩ *C* ‖ 13 ADVLESCENTVLIS *om. V* ‖ 14 socrum *C*, (*ante corr.*) *V* ‖ 15 parens *BV*, parr& *C*, *corr. Steph.* | causas *V* ‖ 16 sed *Steph.*: et *BV*, q2 *C* | ut] in *B* ‖ 17 minores *B* | accusare *BC* | et *Westerh.*: ei *codd.* | cum miseraretur *C*, nimis iratur *V* ‖ 18 senex *codd., corr. Steph.* | AETAS *om. C* | cum gestu *C* ‖ 20 ecum *B*, eccum *C* | e · ex · *V* ‖ 23 dixit *om. C* ‖ 24 senes *BV* | nomina — sunt *cod. Cuiac.*, nominauit apposita sunt *BC*, nominauit *V* ‖ 25 indicat *V*, &dicant *C*, dicat *B*

×) Cod. Chigian. hoc frg. Apollodori praebet: Warren Class. phil. 1,43. Demianczuk p. 8. Wilam. Herm. 63,375



620 **14** 4 NOS IAM FABVLAE SVMVS *ἀμαυρά*. ×)

621 **15** 2 SENEX pronuntia 'senex atque anus' quasi initium fabulae. 3 *Et* *τῷ ἰδιωτισμῷ* additum 'Pamphile'.

622 **16** PER TEMPVS opportune.

---

4.

623 **1** 1 TIBI QVOQVE EDEPOL SVM IRATVS PHILVMENA in hac scaena ultimus error est, uicinus *καταστροφῇ*. 2 TIBI QVOQVE EDEPOL SVM IRATVS PHILVMENA quasi dicat: non solum matri tuae, aut: non solum socrui tuae. 3 TIBI QVOQVE EDEPOL recte, nam sic et amicos incusamus leniter incipientes et grauiora inferentes. hanc ergo partus causa leniter incusat, deinde confirmat inferendo 'grauiter quidem' et statim causam subiungit, cur quidem ei irascatur.

624 **2** FACTVM TVRPITER quod abcesserit domo mariti.

625 **3** 1 ET SI TIBI CAVSA EST DE HAC RE causam more suo pro defensione posuit. sic in Phormione (*II 1, 4—5*) 'quid mihi dicent aut quam causam reperient? demiror'.
2 *Et* quae causa fuerit, ipse determinat: 'mater te impulit'. 3 MATER TE IMPVLIT absolute, deest enim 'nam', ut sit: nam mater te impulit. 4 MATER TE IMPVLIT qualitas remotiua.

626 **4** 1 HVIC VERO ipsi matri scilicet. 2 OPPORTVNE TE MIHI PHIDIPPE utrum *ταυτολογία* est an: 'opportune'

1 iam nos *C* | *ἀμαυρά Schoell*: ΝⲀΝΡⲀ *B*, **** *rell.* ‖ 2 SENEX] senes *V*, *om. C* | senes *V* | inuitium *BV* ‖ 3 Et *τῷ ἰδιωτισμῷ*] ЄⲀⲀⲀ ⲀΙⲰΤΙϹⲀΙⲰ *B*, *ἐν ἰδιωτίσμω V*, *om. C* ‖ 5 SVM — PHILVMENA] q · d · non solum .... socrui *B*, *cf. infra* ‖ 6 katastrophe *C* ‖ 7 TIBI — tuae *hic om. B* | edepol quoque *C* | IRATVS PHILVMENA *om. V* ‖ 8 matri tuae] mirrinae *V* | aut — tuae] uel socrui *B* ‖ 9 TIBI *om. C* ‖ 10 leuiter *CV* | ego *BC* ‖ 11 causam *codd., corr. ed. Med.* | leuiter *codd.* ‖ 12 quid (-dem *L*) ei irascatur *V*, quidem debrascatur *B*, deirascatur *C* ‖ 14 abscesserat *C* ‖ 16 sicut *C* ‖ 18 determinat *cod. Cuiac.*, de *B*, dicit *V*, ac *C* ‖ 20 MATER TE IMPVLIT *om. BC* ‖ 22 huic ⟨qui⟩ *C*, hu*i*c *V* ‖ 23 ΤⲀΥ ΤΟⲀΟΓΙⲀ *B*, *ταυτολογια V*, **** *C* | an] ante *CV*

quia uolebam et ʻin ipso temporeʼ quando uolebam? 3 An ʻopportuneʼ mihi, ʻin ipso temporeʼ tibi, id est: et mihi et tibi commode uenisti? 4 *Et* ἀπὸ τοῦ portus dictum ʻopportuneʼ.

*627* **5** 1 IN IPSO TEMPORE OSTENDIS ostenditur nobis id, quod quaerebamus. 2 ʻOpportuneʼ et ʻin ipso temporeʼ non est idem: est enim ʻopportuneʼ, cum uerbi gratia inuitati ad ipsum tempus incipientis prandii uenimus, ʻin ipso temporeʼ est, cum iam prandio apposito.

*628* **6** AVT QVO PACTO HOC APERIAM hoc modo ostendit senex nec esse quod simulet nec id quod uerum est dicendum sibi.

*629* **7** 1 DIC FILIAE RVS CONCESSVRAM blande non addidit ʻtuaeʼ, quasi dicat ʻcommuni filiaeʼ. 2 *Et* bene non ʻsocrumʼ sed ʻSostratamʼ.

*630* **8** 1 NE REVEREATVR MINVS bene ʻreuereaturʼ, ne odisse socrum sed metuere uideatur, et quasi ipsa socrus non odium meruerit sed reuerentiam. 2 MINVS IAM QVO REDEAT τμῆσις cum ἀναστροφῇ, ut sit ordo: quo minus redeat.

*631* **9** 1 NVLLAM DE HIS REBVS CVLPAM relatio criminis potest uideri. 2 TVA deest ʻuxorʼ, quod nomen inferius posuit. 3 TVA cum percussione animi dicendum est, ut subaudiatur ʻuxorʼ ab eo quod dicturus est ʻuxoreʼ.

*633* **11** 1 MVTATIO FIT mutationem suspicionum errorum-

1 quando — 2 tempore *om.* *C* | quando] quod *B* | uolebam — 6 tempore *om.* *B* ‖ 3 tibi mihi (*om.* et) *C* | euenisti *V*, ·b· uenisti *C* | anotoy portu *C*, ἀπὸ τοῦ protu *V* ‖ 4 opportune ⟨an⟩ in ipso tempore *C*, *om.* *V* ‖ 6 in *om.* *C* ‖ 7 est *1.*] esse *BC* | est *2.*] et *V*, *om.* *B* ‖ 8 inuitati] **** *B* | tempus *om.* *C* | incipiendi *C* | prandium *V* ‖ 9 appositum *V*, opposito *B* ‖ 10 HOC] hec *C* ‖ 11 necesse *codd.* ‖ 16 ne uertatur immo *C* | MINVS — reuereatur *om.* *B* | reuertatur *C* | ne *om.* *BC* ‖ 17 socrum sed (*sic et cod. Cuiac.*)] sostratam et *V* | quia *C* ‖ 18 quo (*in ras. V*) iam *codd.* ‖ 19 THMHCIC cū ΔΗΔCΤΡΟΦΗ *B*, τεμήσισ cum ἀνάστροφὴ *V*, ******* *C* ‖ 23 TVA *om.* *C* | animi dicendum *Westerh.*: audiendum (aut subaudiendum *add.* *V*) *codd.*; acuendum *Schoell* ‖ 24 subauditur *B*, -dictur *V* | ab eo] ad hoc *C* | quae *B* | es uxorem *BCV* ‖ 25 mutatione *C* | erroremque *codd., corr. Teuber*

que iurgantium dicit. 2 Ergo ʿmutatio' criminum atque culparum. 3 MVTATIO FIT EA ⟨NOS⟩ PERTVRBAT LACHES ʿea' non ea mutatio sed uxor, hoc est Myrrina. 4 MVTATIO FIT criminis scilicet et peccati, id est: uel mea crimen tuae sustinet uel tuae ad meam translata est culpa.

*634* **12** 1 TVRBENT PORRO QVAM VELINT ʿquam uelint' in quantum uelint. 2 ⟨Aut:⟩ eam quam uelint mulierem. sed melius est, quod supra diximus. 3 DVM NE REDVCAM TVRBENT PORRO quomodo est pius erga matrem Pamphilus, si parui facit, utrum socrus sua perturbetur an mater a senibus? soluitur sic: quia ʿquam' non est generis feminini, sed est quantum. 4 TVRBENT errent et tumultuentur significat. 5 Vel turbentur.

*635* **13** 1 EGO PAMPHILE hoc pronomen initium continet orationis grauiter inceptae, ut (*Andr. I 1, 8*) ʿego postquam te emi'. 2 SI FIERI POTEST interposuit, ut supercilium soceri demonstraret. 3 SI FIERI POTEST recte additum ʿsi fieri potest', quia non conuenit rogari a socero generum, ut supra dixit (*III 5, 50*).

*636* **14** HANC SANE PERPETVAM VOLO iam enim est affirmata, sed perpetuam cupit.

*637* **15** SIN EST VT ALITER TVA SIT τῷ εὐφημισμῷ uitauit illud, quod est ominosum, ne diceret ʿdiscidium'. Vergilius (*Aen. VIII 582—83*) ʿgrauior ne nuntius aures uulneret'.

1 dicit — FIT *W.*: mutationem mutatio de ergo (quo *B*) mutatio criminum atque culparum fit (sit *V*) *codd.* ‖ 2 LACHES *om. V* ‖ 3 ⟨non⟩ mutatio *C* ‖ 4 fit (*post* criminis) *C*, sed *B* | me crimen (-mina *V*) tua *codd.* ‖ 5 sustinet *L*, -ne *BC*, -nere *V* | uel tua *codd.* | ad me *V* ‖ 6 uolunt *C* | quam uoluit *C*, *om. B* | in — uelint *om. C* ‖ 7 aut eam quam *Steph.*: tamquam *codd.* | mulierem *et* est *om. C* ‖ 8 dum me reductam (-um *C*) *BC* ‖ 9 est *post* matrem *B* ‖ 11 femini generis *B* ‖ 12 sed] sic *C* | turbet terrent et *B*, turbe Terentius *C*, turbent *V* ‖ 13 Vel *om. B* ‖ 16 te emi *D*, emi te *B*, (a · p · etc · *add.*) *V*, te · n · *C* | ut *om. BC* ‖ 17 recte — potest *om. C* ‖ 18 rogata (-to *C*) socero *BC* ‖ 19 generum *L*, gener *rell.* ‖ 20 affirmata est *C* ‖ 22 aliter ut *C* | TVA SIT *om. V* | ΤΘⲰЄΥΦΝΜΙCΜⲰ *B*, *τῶ ἐνθημισμῶ V*, ***** *C* ‖ 23 odiosum *C* | ⟨ut⟩ uirg · *V* ‖ 24 uulneret] u · *B*, *om. C*

638 **16** 1 ACCIPIAS PVERVM iure, quia liberi patrem sequuntur. 2 *Et* mire hoc maxime obicit, quod maxime recusat Pamphilus et propter quod uxor quoque non reducitur. 3 *Et* 'accipias' pro 'accipe', ut 'quiescas' pro 'quiesce' (*Andr. III 4, 19*). 4 SENSIT PEPERISSE OCCIDI hoc inopinatum est Pamphilo, quia socrus promiserat omnes ignoraturos. 5 SENSIT PE. pro 'pe. scit'.

639 **17** 1 PVERVM ⟨QVEM PVERVM⟩ moraliter: primo dubitat quid audiuerit, deinde quaerit certius quod audiuit dicendo ⟨'quem⟩ puerum?' 2 PVERVM QVEM PVERVM bene cum consternatione animi, quod numquam fando acceperat. 3 NATVS EST NOBIS bene, quia ambo aui.

640 **18** 1 NAM ABDVCTA A VOBIS bene non 'abierat' sed 'abducta erat', ut magis culpa sit matris. 2 A VOBIS pro 'a Pamphilo'. 3 NAM ABDVCTA A VOBIS PRAEGNANS FVERAT FILIA hoc totum cum indignatione in uxorem pronuntiandum est.

641 **19** NEQVE FVISSE PRAEGNANTEM praegnans est ante gnatum *uel ante genitricem*: est enim 'prae' ante.

642 **20** BENE ITA ME DI AMENT agit gratias nuntianti, gratulatur ob susceptum nepotem, gaudet liberatam nurum.

643 **21** 1 NATVM ILLVM ET TIBI ILLAM SALVAM proprium affectum refert: sibi nepotem, illi filiam esse seruatam.

2 ET TIBI ILLAM SALVAM recte 'tibi', quia pater puerperae est, cui dicit. 3 SED QVID MVLIERIS VXOREM HABES 'quid mulieris' dixit, ne diceret 'qualem mulierem' aut

1 accipiat *BC* | sequuntur] *v. praef. vol. I p. XII* ‖ 2 abitit *B* ‖ 4 ut] et *C* ‖ 7 sentit *B* | PE.] ne *codd.* | pro pe. scit *Schoell*: prope sic (sit *V*) *BV*, proprie sic (sit sensit peperisse occidi puer *ut vid. cod. Cuiac.*) *C*, *cod. Cuiac.* ‖ 9 audierit *CV* | quaerit *W.*: quae sit *B*, quae fit *C*, quae ꝗ quo qd sit *V* | certior quia *C* | dicendo *ante* quod *B* ‖ 10 quem *add. Steph.* | puerum *ante* dicendo *V*, *om. C* | que *BC* | PVERVM *2. om. B* ‖ 11 quod] quia *C*, que *B* | qando (af *suprascr.*) *B* ‖ 13 A *om. B* ‖ 15 a *om. B* | VOBIS *om. V* ‖ 16 totum] tamen *B* ‖ 19 natum *B* ‖ 20 BENE *om. C* ‖ 21 gratulantur ob susceptionem nepotis gaudent ⟨ob⟩ *C* ‖ 23 sibi refert *C* ‖ 24 saluam ⟨& factam⟩ *C* ‖ 25 est *om. C* | habes uxorem *B* ‖ 26 diceret ⟨et⟩ *V*

aliquid grauius. 4 *Et* totum percontatiue potius, quam pronuntiaret et diceret ‘pessimam mulierem et male moratam uxorem habes’. 5 *Et* reprehensio est cum contemptu. sic et (*Eun. III 4, 8; V 1, 17*) ‘quid hominis?’ et Vergilius (*Aen. I 78*) ‘tu mihi quodcunque hoc regni’. at contra cum honore sic dicimus ‘quem hominem habes?’

*644* **22** MORATAM id est institutam. et est participium sine uerbo.

*645* **23** 1 NOSNE HOC CELATOS TAM DIV non partum celatos dicit, sed praegnantem filiam fuisse. 2 NEQVEO SATIS [MIRARI] magna exaggeratio.

*646* **24** 1 QVAM HOC MIHI VIDETVR FACTVM totum modeste, quamuis indignetur, quia apud maritum uxor non est uehementius accusanda. 2 QVAM HOC MIHI id ⟨est⟩: quod praegnans fuerat filia, non: quod natus est puer.

*647* **25** 1 NON TIBI ILLVD FACTVM MINVS PLACET QVAM MIHI LACHES utrum, quia ‘⟨non⟩ minus’ est magis, ‘quam’ sequitur? an εἰρωνεία est, ut sit ordo: non minus mihi placet quam tibi, et ‘placet’ pro displicet intellegamus? ut alibi (*Andr. IV 5, 15—17*) ‘tum me hospitem lites sequi, quam id mihi sit facile atque utile, aliorum exempla commonent’. 2 NON TIBI ILLVD FACTVM MINVS PLACET QVAM MIHI LACHES sub εἰρωνείᾳ est dictum; hoc enim ait: tantundem tibi placet hoc factum quam mihi.

1 percunctatiue *B* ‖ 3 responsio *V* ‖ 5 et] ut *CV* ‖ 6 cum — 7 id est *om. C* ‖ 8 morata *BV* | id est] et *V* | instituta *BCV* ‖ 10 TAM DIV *om. V* | partu *codd.* ‖ 11 fuisse *L*, fuisti *rell.* | nec queo *CV* ‖ 12 mirari *B* (*dett.*), mutari *C*, m · *V*; *non est Terenti* (*cf. Eun. III 4, 9; IV 3, 19; Ad. III 3, 20*) ‖ 13 uideatur *B* ‖ 14 ⟨non⟩ indignetur *V* | uxor apud maritum *B* | est *om. C* ‖ 15 uehement’ *C* | est *add. W.* ‖ 17 PLACET — LACHES *om. V* | laches quam mihi *C* ‖ 18 quia non minus *W.*: quia minus *V*, qui animus *C*, quod minus *B* | est *W.*: et *BCV*, est et *cod. Huls.*, *Calph.* ‖ 19 quam] quod *B* | an iponia *B*, et ἰρονία *V*, **** *C* ‖ 20 displicet ⟨ut⟩ *B* ‖ 21 tum] nunc *Ter.* ‖ 22 litem *B* | id *om. BC* | aliorum — *p.* 308, 2 utile *om. V* | alicunde *B* ‖ 23 commouent *B* ‖ 24 sub **** hoc est dictum *C*

alibi (*Andr. IV 5, 15—16*) ‘nunc me hospitem lites sequi, quam id mihi sit facile atque utile’.

649 **27** 1 CVM EAM CONSEQVITUR ALIENVS PVER ‘alienus’: quod senes gratulantur, id maxime laedit Pamphilum. 2 ⟨CVM EAM CONSEQVITVR⟩ ALIENVS PVER μεταφορά a pecoribus, quae mox ut nata fuerint matres sequuntur, ut Vergilius (*Geo. III 316—17*) ‘atque ipsae memores redeunt in tecta suosque ducunt’.

650 **28** NVLLA TIBI PAMPHILE CONSVLTATIO de reducenda scilicet uxore.

651 **29** PERII hoc sibi ipse Pamphilus dicit.

652 **30** CVM EX TE ESSET ALIQVIS QVI TE APPELLARET PATREM bene hoc putant, quod Pamphilo non uidetur, hoc est ex illo esse quod natum est.

653 **31** 1 EVENIT HABEO GRATIAM DIS proprie ‘euenit’. ideo et bonorum e u e n t u s dicitur. 2 NVLLVS SVM ipse sibi iterum. 3 Hoc ulterius est quam ‘perii’, quia, cum aliquis periit, reliquum uel cadauer est.

654 **32** AC NOLI ADVERSARI MIHI causam interposuit senex, quo magis faceret, ut filius non recusaret.

655 **33** 1 SI ILLA EX ME LIBEROS VELLET SIBI ut apparet, tantum commentus est causam. 2 SI ILLA EX ME LIBEROS nactus est Pamphilus ex uerbis senum causam aliam discidii.

656 **34** 1 AVT ESSE MECVM NVPTAM uetuste ‘mecum nuptam’ dixit. 2 *Et* recte, quia partus confirmat nuptias. 3 *Et* melius ‘nuptam mecum’ quasi tectam et opertam uno cubiculo mecum: n u b e r e enim est operiri tegique, unde

3 ‘alienus’ ⟨alienigenus.⟩ — Quod senes *etc. Schoell* ‖ 4 id] sic *C* ‖ 5 μεταφορά *om. C* ‖ 6 matrem *V* | ut *om. V* ‖ 8 reducunt *V*, d · *BC* ‖ 9 consolatio *BC*, c · *V* | de *om. BC* ‖ 11 ipse *om. C* ‖ 13 non *om. C* ‖ 14 est *1. om. V* | qui natum est *B*, pronuntiat *V* ‖ 17 est *post* perii *C* ‖ 18 perit relictum *C* ‖ 19 MIHI *om. BV* ‖ 20 facere *B*, -ret (*post* filius) *C* | ut *om. BC* | recusat *C*, -set *BV* ‖ 21 ille *BC*; *sic et infra* | SIBI *om. V* ‖ 22 tamen *V* | causam commentus est *B* | ME LIBEROS *om. V* ‖ 23 natus *B*, (*ante corr.*) *V* ‖ 24 MECVM *et* uetuste *et* dixit *om. C* ‖ 27 mecum *om. C* | enim est] ÷ ẽ *B* | operiri (-e *BV*) tegique (*om. V*) *codd.*; operire tegereque *Westerh.*

et n u b e s, quod tegere solent caelum, dicuntur. Vergilius (*Aen. XI 77*) 'arsurasque comas o. a.'

657 **35** 1 NON CLAM ME HABERET id est: non tacuisset partum. 2 QVOD CELASSE INTELLEGO non dixit natum filium, ne interposito affectu molliretur iratus.

658 **36** NVNC CVM EIVS ALIENVM †ERGA ME ESSE SENTIAM a praesenti tempore;

659 **37** NEC CONVENTVRVM INTER NOS a futuro.

660 **38** 1 QVAMOBREM REDVCAM firmior conclusio facta est per interrogationem, quam si esset pronuntiatiua. 2 MATER QVOD SVASIT SVA a deriuatione causae defensio. et praeterea status est uenialis ab imprudentia descendens. 3 SVA pro 'eius', ut (*Verg. Aen. IV 633*) 'namque suam patria antiqua cinis ater habebat'.

661 **39** 1 ADVLESCENS MVLIER FECIT multa dixit: et 'mater sua' et 'adulescens mulier', et quasi docet hoc exemplo parendum patri esse. 2 ADVLESCENS MVLIER FECIT MIRANDVMNE ID EST bene 'mirandum', non 'irascendum' dixit: m i r a m u r enim magis, si amici peccauerint, quam i r a s c i m u r.

662 **40** REPERIRE VLLAM MVLIEREM quasi dicat: si hanc repudiaueris.

663 **41** AN QVIA NON DELINQVVNT VIRI εἰρωνείᾳ dictum: non enim 'non delinquunt'.

664 **42** 1 VOSMET VIDETE IAM LACHES ET TV PAMPHILE nec rogare socerum nec interesse conuenit, ubi certior sit ad repudiandum gener. 2 VOSMET VIDETE IAM

1 celum ⟨quae⟩ dicantur *B*, dicunt celum *C* ‖ 2 comas *om. C* ‖ 4 QVOD] que *BC*, quem *V* | celasset *BC* ‖ 5 mollitur *C* ‖ 6 EIVS *om. C* | erga me esse *BC*, c · e · m · *V*; esse animum a me *vel* a me esse animum *codd. Ter.* | SENTIAM *om. V* ‖ 7 a *om. BC* ‖ 8 conuenturam *V*, uenturi *BC* | INTER NOS *om. V* ‖ 10 praerogatiua *C* ‖ 11 a *om. BC* ‖ 17 fecit ⟨et⟩ *C*, defestiget *B*, ſ · i · *V* ‖ 18 ⟨et⟩ bene *V* | non irascendum dixit mirum uere enim (miramur enim *L*) *BV*, dixit ad irascimur uere enim *C* ‖ 19 peccauerunt *C* ‖ 20 irascimur] si alii *C* ‖ 23 iponia *B*, ironia *V*, **** *C* ‖ 24 non delinquunt *om. C* ‖ 26 nec (ne *BV*) rogares (-ret *V*) *codd., corr. Steph.* | nec *Steph.*: ne *codd.* ‖ 27 fit *CV* | gener *Steph*: -rum *codd.* | IAM *om. V*

LACHES Vergilius (*Aen. IX 525*) ‘uos, o Calliope, precor, a. c.’

665 **43** REMISSAM OPVS SIT VOBIS in ueteribus codicibus sic est ‘remissan ... reductan domum’, ut sit: remissane ... reductane.

666 **44** 1 VXOR QVID FACIAT ordo: uxor mea quid faciat, in manu non est. 2 Deest ‘eius’, ut sit: in manu eius non est, sed in mea potestate est positum. 3 IN MANV NON EST uxoris scilicet. et est ordo: uxor mea quid faciat, in manu eius non est.

667 **45** 1 NEVTRA IN RE VOBIS DIFFICVLTAS promittit facilitatem suam, ut tamen uxor roganda sit. 2 *Et* †an aliter, ut supra annotauimus.

668 **46** 1 SED QVID FACIEMVS PVERO et ‘quid me fiet’ et ‘quid mihi fiet’ dicitur. 2 SED QVID FACIEMVS ⟨P. R. R.⟩ quia utique quicquid erit patri reddendus est puer.

669 **47** 1 HVIC REDDAS Pamphilo scilicet.

668 **46** 3 RIDICVLE ROGAS ‘ridicule’ uel aduerbium uel nomen potest esse. et si nomen est, subdistingue ‘ridicule’ et sic infer ‘rogas’ cum ui pronuntiationis.

669 **47** 2 HVIC SVVM REDDAS SCILICET sic dicit ‘huic suum’ et ‘reddas’, quasi reposcat et Pamphilus. ⟨et⟩ non subiunxit ‘ut alat’ sed ‘ut alamus’, ut sua quoque interesse monstraret.

670 **48** 1 VT ALAMVS NOSTRVM scilicet Pamphili filium, nepotem meum, utrumque ‘nostrum’. 2 QVEM IPSE NEGLEXIT si ‘ipsa’ legeris, clare dictum est, si ‘ipse’ p a t e r,

2 a. c. *om.* *V* ‖ 3 remissan *B*, -a *C* | ueteribus *W.* (*cf. Eun. II 3, 16*): uentis *B*, ueris *V*, *om.* *C*; uetustis *Schoell* | codicibus ⟨reducta⟩ *C* ‖ 4 remissam *BV* | reductam *BCV* | remissa reductane *C*, ⟨reducta⟩ remissa ne ducta me *B* ‖ 7 et *add.* *W.* | ei ut *BV*, ut eius *C* | ei *BV* ‖ 8 est *2.* *om.* *B* | IN — scilicet] manu (-ū *C*) annuo (aĩo *V*) uxori scilicet *codd.* ‖ 12 an aliter et ut *C*, aliter et an ut *B*, an aliter ut *V*; Venialiter, ut et *Schoell* (*cf. 38, 2*) ‖ 13 notauimus *C* ‖ 14 SED] et *BCV* | ⟨ḍẹ⟩ me *V* | et quid mihi fiet] mihi *C* ‖ 16 quia *Goetz*: qui *codd.* | reducendus *B* ‖ 17 huc *C* ‖ 19 esse potest *ante* uel nomen *V*, *om.* *B* ‖ 20 infer rogas *W.*: interrogas (-ga *B*) *codd.* ‖ 21 dixit *CV* ‖ 22 et *add.* *Steph.* ‖ 23 ut *1.* *om.* *C* | alimus *B*; *sic et infra* ‖ 25 utrum *B* ‖ 26 negligit *BV* | ipsa *Umpfenb.*: ipse *codd.* | ipsa *BC*

lentius dictum est. et uidebitur senex ob murmurationem eius intellexisse [non] quod nolit puerum tolli, et ideo appositum 'quid dixti?' 3 QVEM IPSE NEGLEXIT legitur et 'ipsa'. et hoc est melius, ut sit 'pater' uocatiuus casus. 4 QVEM IPSE NEGLEXIT PATER EGO · ALAM hic sibi obmurmurans uultu et uerbis ostendit nolle suscipere filium.

*671* **49** AN NON ALEMVS PAMPHILE quam faciendum sit, ⟨e⟩ contrario uult senex pronuntiatione demonstrare, quod scelus sit non fecisse.

*672* **50** 1 PRODEMVS QVAESO POTIVS deseremus, proiciemus, porro dabimus. Vergilius (*Aen. I 251—52*) 'unius ob iram prodimur'. 2 ⟨*Et* bene 'prodemus':⟩ nam a quo defendendi sumus, si nos deserit pater?

*673* **51** 1 ENIMVERO PRORSVS IAM TACERE NON QVEO multa reticentia de filiorum uitiis et iam defensione quoque apud soceros uti parentes saepe Terentius demonstrauit et praecipue in Andria (*I 1, 119—20*), cum dicit 'ego illud sedulo negare factum. ille instat factum'. 2 IAM TACERE NON QVEO quamuis tacendum sit.

*675* **53** 1 IGNARVM CENSES TVARVM LACRIMARVM ESSE ME coniectur⟨a, an⟩ amet meretricem Pamphilus. 2 TVARVM LACRIMARVM ESSE ME apparet illum a Sostrata hoc audiuisse, nam ⟨non⟩ ipse filium deprehenderat flentem.

*676* **54** 1 SOLLICITERE perturberis, commoueare. 2 AD HVNC MODVM id est immoderate.

*677* **55** PRIMVM HANC VBI DIXTI CAVSAM a summo ad imum.

1 lentius *W.* (*cf. Andr. IV 4, 15; 25; al.*): lenius *CV*, leuius *B* ‖ 2 non *secl. Steph.* | nolit *L*, noluit *rell.* ‖ 3 quod dixit *codd.* | IPSE] ille *B* | negligit *V* ‖ 4 pater sit *C* ‖ 6 uerbisque *C* | suscipere — 9 senex *om. B* ‖ 9 e *add. W.* ‖ 11 deserimus *B* ‖ 12 porro *om. V* ‖ 13 Et bene prodemus *add. W.* | defendi *B*, -si *C* | pater *L*, prodit *rell.* ‖ 15 PRORSVS — multa] multa p · *V* ‖ 16 reicienda *B* ‖ 21 ignarum t · c · l · (*om.* ESSE ME) *V* | lacrumarum *B*; *sic et infra* ‖ 22 coniecturam et meretricem *codd.*; -a an *add. W.* ‖ 23 a *om. C* | audisse *C* ‖ 24 non *add. W. duce Klotzio* | ⟨defenderet⟩ deprehenderet *B* ‖ 25 sollicitare *BC* | AD] an *C* ‖ 27 dixisti *C*

*681* **59** NACTVS ALTERAM ES nancisci proprie dicitur, qui paratus ad tenendum, antequam possit reperire quod teneat, statim quod occurrerit prehendit.

*683* **61** 1 ALIQVANDO TANDEM HVC ANIMVM VT ADIVNGAS TVVM mira instantis temporis inuectio. 2 *Et* ALIQVANDO TANDEM VT ⟨ANIMVM⟩ ADDVCAS TVVM deest 'fac', sed planum pronuntiatione est.

*684* **62** QVAM LONGVM SPATIVM ab ante actis.

*685* **63** SVMPTVS QVOS FECISTI IN EAM QVAM AEQVO ANIMO TVLI recte hoc dicit, quia impetrabilior esse debet indulgentissimus pater, ut alibi (*Andr. I 5, 27*) 'tum patris pudor, qui me tam leni passus est animo'.

*686* **64** EGI ATQVE ORAVI TECVM agit, qui iustam rem dicit, orat qui iure dimisso precatur, ut quasi beneficium praestetur sibi.

*687* **65** 1 TEMPVS DIXI ESSE 'tempus', quia diu multumque sustinuit. 2 TEMPVS DIXI ESSE IMPVLSV DVXISTI MEO multum ualet ad suadendum laudatio eius, apud quem agimus, et ex ea parte laudatio, qua illum uolumus inflecti.

*688* **66** QVAE TVM OBSECVTVS MIHI FECISTI VT DECVERAT ordo: quae fecisti tum obsecutus mihi ut decuerat.

*689* **67** NVNC ANIMVM AD MERETRICEM hoc uultuose et demisso labro, ut appareat inuitum duci ad reprehendendum, qui laudauerit modo 'quae tum fecisti ut decuerat'.

2 -quam *om. C* ‖ 3 prendit *C* ‖ 4 TANDEM] tamen *CV*, tantum *B* | huc animum adiungàs *B*, animum huc adiungas *C*, a · u · h · ad · *V* ‖ 5 tum *BC*, *om. V* | mire (mare *C*) eius (est *CV*) temporis (-pus *CV*) inuectio *codd., corr. Schoell coll. Prisc.* (*Gr. L. III 82, 19*) ‖ 6 tandem *post* ut *BV*, *post* adducas *C* | TVVM *om. V* ‖ 7 plenum *codd., corr. W.* ‖ 8 ante *om. B* ‖ 9 SVMPTVS] luctus *BCV* | quod *et* in ea *BC* ‖ 10 dicit] đ *B*, *om. C* | imperabilior *BV*, impossibior *C*, *corr. Lindenbr.* | debet esse *C* | intelligentissimus *B* ‖ 12 animo *om. BC* ‖ 13 TECVM] te *V* ‖ 16 dixit *BCV* ‖ 17 -que — 18 multum *om. C* ‖ 17 DIXI ESSE] dixisse *BV* | duxti *V* ‖ 19 ex *om. V* ‖ 21 QVAE TVM *om. V* | FECISTI *om. C* | VT DECVERAT *om. V* ‖ 22 ordo — decuerat *om. C* ‖ 23 ⟨ad meretricem⟩ hoc *CV* ‖ 24 in uitium *BC* | deprehendendum *B*, reducendum atque deprehensum *V* ‖ 25 tum] tu *codd.*

690 **68** *Et* coniuenter satis, quia non dixit ‘multum amans facis huic iniuriam’, sed ‘cui obsecutus’: o meretricis superbiam non ferendam!

691 **69** 1 NAM IN EANDEM VITAM parcius ‘uitam’ dixit quam ‘flagitium atque libidinem’. 2 TE REVOLVTVM non ‘redisse’ sed ‘reuolutum esse’ tamquam inuitum aut nescium: reliquit enim quandam ueniam, ut uelit esse correctior.

692 **70** 1 MENE hoc genus interrogationis negatiuam habet significationem. 2 ET FACIS INIVRIAM pro ‘facis iniuste’.

694 **72** 1 VT CVM ILLA VIVAS grauius est cum meretrice uiuere quam meretricem amare. 2 TESTEM HANC CVM ABS TE AMOVERIS laudata est hic uxor modesta, cum illam ‘testem’, non ‘impeditricem’ appellat socer.

695 **73** SENSITQVE ADEO VXOR NAM EI CAVSA argumentum aliud, quo uult in Pamphilum referri non solum illius sed etiam uxoris culpam. etiam hic uide non accusari socrum.

696 **74** 1 PLANE HIC DIVINAT NAM ID EST ‘diuinat’ dixit pro ‘uerum dicit’; — 2 *Et nota ‘diuinat’ de praeterito dictum.* — inde prouerbium ‘aiunt diuinare sapientem’, quia qui dicit uerum diuinus est.

697 **75** 1 DABO IVSIVRANDVM ubi argumenta et testimonia deficiunt, ibi iureiurando opus est: id est ἄτεχνος πίστις.
2 NIHIL ESSE ISTORVM T. satis concinne dixit ‘istorum’, ne in singulis commoraretur.

698 **76** 1 REDVC VXOREM AVT QVAMOBREM quia Pamphilus

1 Et coniuenter *W.*: inconuenienter *C*, inuenienter (-nt *V*) *BV*: IN. uenialiter *Rabbow* | satis *Steph.*: sortis *V*, sortoris *C*, fortis *B* ‖ 5 TE *om. C* | rediisse *V*, reddidisse *C* ‖ 6 uolutum *C* | aut] atque *C* ‖ 7 correptior *C* ‖ 8 ne me *BC* ‖ 9 FACIS] faciam *B* ‖ 10 ut ⟨tu⟩ *V* | est] et *C*, (*ante corr.*) *V* ‖ 12 te moueris *C*, im· *V* ‖ 13 ille *C* | appellauit *C* ‖ 14 EI] et *BC* ‖ 15 aliud *om. C* | quo *L*, quod *BV*, que *C* | in *Steph.*: ad *V*, *om. rell.* ‖ 16 etiam *om. C* ‖ 18 NAM — diuinat *om. C* ‖ 19 pro — inde *om. C* | pro — Et] puerum det *B* ‖ 20 unde *V* | aiunt] dictum *C* ‖ 21 qui dicit] quid *C*, quidem *B* | ⟨de his⟩ diuinus *CV* ‖ 23 opus est ⟨et⟩ *V* | id est eXNωC NICTIC *B*, id est ατεχνῶσ πιστὶσ *V*, * * * * * *C* ‖ 24 ⟨in⟩ istorum *C* | T.] tamen *codd.* ‖ 25 commemoraretur *CV* ‖ 26 aut q·⟨n·o·⟩ *V*

hoc solum defendit non id esse, quod pater putat, nec causam quae uera sit protulit, ideo senex relicta tota quaestione rediit ad id, quod agitur, et ait: reduc uxorem aut dic quae causa uetat. 2 NON OPVS SIT reducta scilicet.

699 **77** 1 NON EST NVNC TEMPVS quia socer adest. 2 *Et* oratorie confugit ad declinationem defensione titubante. 3 ACCIPIAS pro 'accipe'. 4 NAM causa, cur accipiat. 5 NAM IS QVIDEM IN CVLPA NON EST in hoc dicto quaedam faceta irrisio ⟨est⟩ eius, qui nimis iracundus sit.

700 **78** POST DE MATRE VIDERO bene de matre concedit, ut de puero extorqueat, quia scit parentum concordiam firmam esse per filios.

701 **79** OMNIBVS MODIS MISER SVM quid est 'omnibus modis'? utrum: et circa parentem et circa uxorem? an: et in reducenda et in non reducenda miser sum? an: miser sum, cui id maxime obtruditur, quod maxime fugio, id est puerum?

702 **80** CONCLVDIT PATER translatio de fera indagata. sic Cicero (*in Verr. II, III 59, 135*) circumdatos Verri cancellos ait.

704 **82** NAM PVERVM INIVSSV CREDO NON TOLLI MEO omnia enim facit poeta, ne aut rem palam faciat aut intercedat diuortium.

705 **83** PRAESERTIM IN EA RE CVM SIT ⟨MIHI ADIVTRIX⟩ SOCRVS quae dixit (*III 3, 40*) 'continuo exponetur'.

1 id esse *Steph.*: deesse *codd.* ‖ 2 quae] qua *B* | tota *om. C* ‖ 6 NON] nunc *B*, non opus *C* ‖ 7 oratorie] titubante *C* | declinationem *Rabbow* (*coll. Rhet. l. m. p. 143, 6*): deditionem *codd.* ‖ 9 NON EST] inest *codd.* | hoc in dicto faceta quadam irrisio *B* ‖ 10 est (*ante* quaedam) *add. Steph.* ‖ 12 VIDERO] bene pro *BC*, *om. V* | concedit ut *Steph.*: concedetur *BC*, -ditur ut *V* ‖ 13 ⟨et⟩ extorqueat *B* ‖ 14 pro filiis *C* ‖ 16 utrum — non reducenda *om. V* | utrum] ut rem *BC* | et *1.*] is *B* | an et] amet *C*, manet iam *B* ‖ 18 id *om. V* ‖ 20 patrem *BC* ‖ 23 credo inuisu *B*, i· credo *V* | NON — MEO *om. V* ‖ 24 enim] ·n· *C*, non *BV* | facit *om. C* ‖ 26 CVM SIT *om. V* ‖ 27 SOCRVS *om. BC* | dixit quae ⟨d⟩ *B* | exponetur *om. C*

706 **84** 1 FVGIS HEM ex uerbis patris ostendere uoluit, quid agat Pamphilus. 2 *Et* ille 'abibo' dixit, hic 'fugis'.

707 **85** 1 NVM TIBI VIDETVR ESSE APVD SESE quasi ob amorem meretricis insanus. 2 SINE 'sine' separatim accipe, quia uim habet comminantis.

710 **88** 1 AMARAE MVLIERES quasi uir dixit amaras mulieres: non enim laudat, sed causam dicit, unde uxor offenderit Pamphilum. 2 NON FACILE HAEC FERVNT non facile ferunt pellicatum neque amorem aliarum in uiris.

711 **89** 1 NAM IPSA NARRAVIT MIHI utrum fingit haec dixisse filiam sibi an uere κατὰ τὸ σιωπώμενον factum est? 2 Ego neutrum puto et sic intellego, quod de uxore sua dicat 'ipsa narrauit mihi' secundum illud, quod supra (*IV 1, 21—24*) dixit 'sed nunc mihi in mentem uenit de hac re quod locuta es olim, cum illum generum cepimus. nam negabas nuptam ⟨posse⟩ filiam tuam te pati cum eo, qui meretricem amaret, qui pernoctaret foris'.

713 **91** 1 NEQVE ILLI CREDEBAM PRIMO quare non credebas? namque amarae ad hanc rem mulieres sunt et saepe de nihilo suspiciosae. 2 *Et* bene hoc addidit, ne timuisse generum uideretur.

714 **92** A NVPTIIS non dixit 'a filia mea', sed, quod pater Pamphili magis doleat, 'a nuptiis' inquit; nam Philumenam nolle irati est, odisse nuptias amatoris.

1 fugissem *B*, -isse *C* ‖ 2 agam *BC* | hic fugis *om. V* ‖ 3 NVM — VIDETVR] noster *V* | APVD SESE] a se *V*, apud uideatur *BC* ‖ 4 amorem *om. C* | meretricem *C* | insanus ⟨sit⟩*?* | sine *om. C* ‖ 6 uix *C*, uic̄ *B* ‖ 7 causam dat *C*, causam de *V*, cause inde *B*; *corr. ed. Med.* | unde *om. V* | uxorem .. Pamphilus *Westerh.* ‖ 8 FERVNT *om. V* ‖ 9 aliarum *om. C* | iniuriis *BC* ‖ 10 hoc *B* ‖ 11 annuere *BC* | ΚΑΤΑΤΟCΙωηΟ *B*, *κατὰ τὸ σιωπομενον V*, ***** *C* ‖ 12 Ego *Calph.*: ergo *BV*, autem *C* | neutro *BV* ‖ 14 dixit sed] dixisset *BV* | nunc] non *codd.* | uenit in mentem *B* ‖ 15 locutus *BC* | est *C* ‖ 16 nam — foris *om. V* | nuptum *B* ‖ 17 te pati *om. B* | cum illo qui pernoctaret foris et qui meretricem amaret *B* ‖ 19 quare] qꝛ *C* ‖ 20 namque *V*; an quia *Goetz* ‖ 21 Et *om. V* ‖ 24 nam] non *BC*

715 93 1 QVID EGO AGAM PHIDIPPE mire conturbatur pater, quasi res sua tantum agatur. 2 *Et* uide, quemadmodum latenter poeta festinet ad rerum cognitionem.

716 94 1 MERETRICEM HANC PRIMVM bene 'hanc' quasi eam, quae interturbat; sic enim sumitur hoc pronomen, ut (*III 1, 2*) 'hancine ego uitam parsi perdere!' et (*Verg. Aen. I 98*) 'tuaque animam h. e. d.', *id est malam.* 2 HANC quasi dicat: hanc quae nos perturbet. 3 HANC PRIMVM bene 'primum', ut intellegamus 'deinde Pamphilum'.

717 95 1 OREMVS ACCVSEMVS utrum rogemus an, quod uerius est, omni genere eloquii commoneamus? — *unde et oratores orare et perorare dicimus et orator nomen accepit.* — ut Vergilius (*Aen. X 96*) 'talibus orabat Iuno'. *namque orat ⟨aut⟩ accusaturus aut commoniturus.* 2 OREMVS ACCVSEMVS id est alloquamur, ut Vergilius (*Aen. X 96*) 'talibus orabat Iuno'. potest intellegi et rogemus, sed non conuenit personae potiori et causae et ipsi uerborum ordini.

718 96 SI CVM ILLA HABVERIT REM POSTEA ut in Eunucho (*I 2, 39*) 'quocum uno tum rem habebam hospite'.

719 97 BACCHIDEM HANC VICINAM NOSTRAM sic maluit quam 'meretricem' dicere, ne graue sit cum ea seni loqui, nisi quia uicina est.

720 98 1 HVC EVOCA VERBIS MEIS bene seruata sunt personis congruentia, nam socerum monere hanc rem tantum

1 EGO] *sic Ter. cod. A ante corr.*; ergo *rell.* | conturbatus *CV* ‖ 2 agitur *B* ‖ 4 PRIMVM *et* quasi eam *om. V* ‖ 6 et *om. C* ‖ 7 tuaque — d.] * * * * *V* | tuamque *B*, tuam *C* | mala *BV*, -am (*post* HANC) *C* ‖ 8 quasi — HANC *om. C* | ⟨id est⟩ quae *B* | HANC *om. V* ‖ 9 ut *om. B* ‖ 10 ACCVSEMVS *om. V* ‖ 11 est uerius *V*, ueritus *C* | eloquii (-qui *C*) ⟨qui⟩ *BC* | commoueamus (commeamus *C*) *codd., corr. ed. Med.* (*cf. l. 15*) ‖ 12 oratorem *C* ‖ 13 ut] et *BV* ‖ 14 Iuno] o · i · *B*, dictis (= *Aen. VI 124*) *C* | namque *Goetz*: nam (*om. B*) qui *codd.* | aut *add. W.* ‖ 15 commoniturum *B* ‖ 16 ⟨d ·⟩ iuno *B*, uicio *C* ‖ 17 potiori personae *B* ‖ 19 rem habuit *C* ‖ 20 uno tum rem] tu minorem *C* ‖ 22 cum] in *V* ‖ 24 uerba (*om.* MEIS) *C* | personę *C* ‖ 25 ⟨cum⟩ congruentia *B* | tantam *BC*, incertam *V*, *corr. Steph.*

decuit, non et facere, ut cum pellice suae filiae mitius sermocinaretur. 2 *Et* HVC EVOCA VERBIS MEIS deest ‘eam’.

724 **102** SI VLLO MODO EST VT POSSIT ‘possit’ scilicet manere. *vel ut maneat.*

725 **103** SED VIN ADESSE ME VNA DVM ISTAM CONVENIS melius pronuntiaueris, si renitente et improbante hoc uultu dicere acceperis Phidippum, quasi non oporteat interesse socerum. adeo mutat sententiam Laches et relegat eum in procurationem alterius rei.

726 **104** NVTRICEM PARA ‘para’ pro ‘quaere’.

---

## V.

### 1.

727 **1** 1 NON HOC DE NIHILO EST QVOD LACHES NVNC rarus hic uitae color in hac allocutione miscetur a poeta, nam meretrix loquitur et senex et, quod est admirabilius, bona meretrix, mitis senex, ut intellegas laborasse Terentium, ut et a lege comicorum recederet et in actu tamen consuetudinem retineret. 2 NON HOC DE NIHILO EST debet mirari meretrix, cum ad senem ducitur, debet timere, cum ad patrem, debet suspicari aliquid, cuius amator iam maritus est. 3 NON HOC DE NIHILO EST coniecturalis causa est: recipis Pamphilum? non recipio.

728 **2** 1 NEC POL ME ⟨MVLTVM⟩ FALLIT QVIN QVOD SVSPICOR ordo et sensus hic est: nec pol me multum fallit,

1 filiae suae *B* ‖ 2 Et *om. V* ‖ 4 nullo *V* | possit] posse *codd.* ‖ 6 uim *BC* | me adest una *B* | DVM — CONVENIS *om. V* ‖ 8 ceperis *BC* ‖ 9 socerum *L*, socer *rell.* | adeo (ad ea *V*)] ideo *Steph.* ‖ 11 pro] id est *V* | qua re *BC* ‖ 12 NVNC *om. V* ‖ 13 allocutione *Schoell* (locutione *ed. Med.*): lectione *codd.* ‖ 14 et senex loquitur *B* ‖ 15 ⟨et⟩ ut *BV* ‖ 17 ⟨ē⟩ retineret *B*, ⟨eius⟩ retinet *V* | hoc *post* de nihilo *B*, *om. C* ‖ 18 ab sene *CV* ‖ 20 HOC *om. C* ‖ 22 NEC] non *V* | qu*in* quod *V*, quid quod *C*, quicquid *B* ‖ 23 multum⟨que⟩ *B*, (*post* fallit) *C*

quin, quod uelit, hoc sit quod suspicor. 2 Vel: non me multum fallit, quod uelit, quin hoc sit quod suspicor. 3 QVIN QVOD SVSPICOR ordo: quin, quod uelit, sit quod suspicor.

*729* **3** 1 NE MINVS PROPTER IRAM HANC IMPETREM QVAM POSSIM quia non erat uerisimile beniuolum esse patrem meretrici interturbanti, reddit rationem senex, cur agat mitius, ne uideatur personae modus non esse seruatus.

*728* **2** 4 NEC POL ME MVLTVM FALLIT sensus hic est: quo minus id sit quod me uocat, quod suspicor.

*729* **3** 2 VIDENDVM EST prouidendum, cauendum. 3 IMPETREM perficiam, dictum a patrando: cuius rei difficultas ob tarditatem complendarum nuptiarum etiam ad alia negotia, quae sunt ardua, uerbum hoc commodauit ac dedit.

*730* **4** 1 QVOD POST ME MINVS FECISSE SATIVS SIT satis faciendo minuisse. 2 SATIVS SIT si 'sit' pro uideatur acceperis, erit sensus: ne quid faciam plus, quod post dum paeniteat me uideatur satius minus fecisse; si 'sit' ita ut erit acceperis, erit sensus: uidendum est, ne quid plus faciam, quod cum fecero, postea satius erit minorem esse et satis facere. 3 Aut certe duas res significat, quibus inter utrumque temperandum esse demonstrat, ut illud supra dictum ⟨ad⟩ lenitatem tenendam pertineat, hoc infra auctoritatem defendendam esse commoneat. 4 An 'minus fecisse' pro paenitere? sic enim ueteres dicebant (*Andr.*

1 quicquid uelit *BC* | Vel *om.* *C* ‖ 2 quod *W.*: quin *codd.* | quin] dum *C* ‖ 5 iram etc· quia *V* ‖ 7 reddidit *BC* | cur] ea ita *C* | mitius agat *B* ‖ 9 multum me *B* | quod minus *codd.*, *corr.* *Steph.* ‖ 10 id *om.* *C* ‖ 11 ⟨et⟩ cauendum *B* ‖ 12 parendo *codd.*, *corr.* *Steph.* ‖ 14 commodabit *BC* ‖ 16 quid *CV*, qui *B* | satis faciem diminuisse *C*, satis faciam dicimus se *B* ‖ 17 SIT — pro] si et sic pro *B*, ẽ *si sit pro* *V*, ẽ siquid *C* ‖ 18 quod — me *Steph.*: post quod modum paeniteat ne *codd.* ‖ 20 ita ut *V*, ed (e *ex corr.*) aut *C*, aut *ut vid.* *B*; pro *Steph.* ‖ 21 erit *W.*: sit *codd.* ‖ 22 res *om.* *B* ‖ 24 ut illud supra *om.* *C* | dictum ad lenitatem *Goetz*: de lenitatem *BC*, -te *V* | tenenda *V* | pertineat] per *B* ‖ 25 defendendum *CV*

*I 1, 13*) 'muto factum' et (*Ad. II 1, 11*) 'nollem factum', cum alicuius rei eos paenitebat. 5 SIT modo 'sit' pro uideatur posuit.

731 **5** 1 AGGREDIAR BACCHIS SALVE bene 'aggrediar' quasi rem arduam et incongruam seni. 2 Vel 'aggrediar' ut meretricem circumueniam. Vergilius (*Aen. IV 92*) 'talibus aggreditur Venerem Saturnia dictis'. 3 BACCHIS SALVE non ita meretrici obsequitur senex, quamquam uult illi adimere timorem personae suae.

732 **6** CREDO EDEPOL TE NON NIHIL MIRARI ipsum prooemium mollius et lenius est, ut ostendat se non iurgaturum senex.

733 **7** QVID SIT deest 'rei', ut sit: quid sit rei.

734 **8** 1 EGO POL QVOQVE ⟨ETIAM⟩ TIMIDA SVM παρέλκον tertium, ut (*Verg. Aen. I 5*) 'multa quoque et bello passus'. 2 *Et* obsequenter posuit non solum se mirari, sed et pauere. 3 EGO POL QVOQVE ETIAM bene 'etiam', ut hoc dicat: non solum miror, sed etiam timeo. 4 *Et* noue 'timida sum' pro 'timeo'.

735 **9** 1 NE NOMEN MIHI id est nomen, quod inest meo quaestui. 2 NE NOMEN QVAESTVI OBSTET 'quaestui' quem exerceo scilicet. 3 Id est: quod est quaestui mihi. 4 QVAESTVI id est: quod meretrix sum. 5 Legitur et 'nomen meum quaestui obstet'.

736 **10** SI VERA DICES interrogabo scilicet.

737 **11** 1 NON SIT non uideatur. 2 NAM EA AETATE IAM SVM VT NON SIET quia ipse non ueniam do an quia iam mihi peccanti non danda est? 3 *Et* est ordo: ut non

1 muto] minus *C* | nolle *B*, molle *C* ‖ 2 peniteat *B* ‖ 4 BACCHIS SALVE *om. V* ‖ 5 et] · i · *B* ‖ 7 Saturnia *om. B* ‖ 9 illa *C*, ** *B* | timore *B* ‖ 10 nonnihil m · ⟨b ·⟩ *V* ‖ 11 lenius ac mollius *V* ‖ 14 POL *om. V* | ΠΑΡΕΑΚΟΝ *B*, παρέλκον *V*, *om. C* ‖ 16 Et *om. B* ‖ 18 ⟨etiam⟩ miror *B* ‖ 20 NOMEN *om. C* | nomen] mihi *C* ‖ 21 quaestu ⟨deest quae meretrix sum⟩ *B*, *cf. infra* | NE *om. BC* ‖ 22 quod *CV* | Id] ut *B* ‖ 23 id est *Steph.*: deest *codd.* ‖ 24 nomen meum quaestui (-tu *V*) *CV*, meo quaestui nomen *B* ‖ 25 DICES] *sic Ter. cod. D* ‖ 26 ⟨in⟩ ea *B*, *om. C* ‖ 27 VT NON SIET *om. V* ‖ 28 mihi] · n̄ · *B*

sit mihi aequum peccato ignosci. 4 Necessaria igitur ambiguitas: aut — 5 *Utrum* 'sit' *pro uideatur an* ⟨*pro* ***? — 'peccato mihi'⟩ pro peccaturo mihi, aut 'peccato mihi' pro peccanti mihi aut peccato meo, aut deest 'in', ut sit: in peccato.

738 **12** CAVTIVS NE TEMERE FACIAM seniliter additum post 'cautius' 'ne temere faciam'.

739 **13** FACTVRAVE ES etsi non facies.

740 **14** 1 INSCITVM 'inscitum' me scilicet, si iniuriam faciam. 2 OFFERRE offerimus iniuriam immerenti, reddimus ei qui meretur. 3 INSCITVM OFFERRE 'inscitum' inelegans, non bonum. 4 *Et* bene non dixit 'durum' aut aliquid tale sed 'inscitum', quo maxime uerbo mulieres et meretrices utuntur. scitum enim dicunt quod placet, inscitum quod displicet, ut (*Andr. III 2, 6*) 'per ecastor scitus puer natus est Pamphilo'. 5 Hoc tale est, quod dixit 'inscitum' ex abundanti, quale est apud Vergilium (*Aen. XII 185—86*) 'nec post a. u. r. A.' etc.

741 **15** EST MAGNA ECASTOR GRATIA imitatur hic et senile et femineum tardiloquium: suffecerat 'ago gratias'.

742 **16** 1 NAM QVI idem, quod ait in Adelphis (*II 1, 11 —12*) 'indignum te esse iniuria hac, indignis cum egomet acceptus sim modis'. 2 PARVM MIHI PROSIT si sic accipiatur ut scriptum est, *λιτότης* est et ita intellegendum,

1 aequum] et cum *CV* | ignoscere *B*, ignominia *C* ‖ 2 aut] an *B* | an *W.*: aut (ut *BC*) tu *BCV* ‖ 3 *lac. sign.*, pro ('foret' *add. Schoell*) *et* peccato mihi *suppl. W.* | peccaturo mihi *W.*: peccatorum *codd.* ‖ 4 pro peccanti mihi *om. V* ‖ 5 in *1. dett.*, *om. BCV* ‖ 6 similiter *C* ‖ 8 FACTVRAVE — 10 faciam *om. C* | ES etsi] esset si *B*, es sed si *V* ‖ 10 OFFERRE] offert *BC* | iniuriam *om. V* ‖ 12 Et *Steph.*: est *codd.* ‖ 13 dura *CV* | aut quid *V* | sed ⟨non⟩ *B* | uerbo *om. C* ‖ 14 enim *om. B* ‖ 15 ut *om. C* ‖ 16 natus est ⟨hodie⟩ *V* ‖ 17 est *2. om. B* ‖ 18 ne *BV* ‖ 22 QVI idem quod *W.*: quid quod *CV*, quicquid *B* ‖ 23 indignus cum ego *B* ‖ 24 acceptis sum *C*, sim acceptus *V* | si *om. C* ‖ 25 *λιτότης* est (*add.* aut *ταπείνωσις*) et ita *Steph.*: ΔΠΟΤΝC αιτ υτ oſ edita *B*, *λιτότησ* est aut ut sed ita *V*, **** ȇ ait ut eſ edita *C*

quasi dixerit: multum mihi nocuerit, immo me laeserit, immo me euerterit.

743 **17** 1 SED QVID ISTVC EST nunc demum ad rem redit. 2 MEVM RECEPTAS FILIVM intentio criminis. 3 *Et* non 'recipis' sed 'receptas'. 4 *Et* ne diceret 'quid tua?', 'meum filium'. 5 MEVM RECEPTAS FILIVM propositio accusatoria est. 6 *Et* breuiter proposuit crimen, quod postea dilatatur. 7 *Et* frequentatiuo usus est, quod non raro sed frequenter receptet. 8 MEVM RECEPTAS FILIVM AD TE status coniectura, quae coniectura diluitur per *ἄτεχνον πίστιν*, id est iusiurandum et tormenta seruorum.

744 **18** 1 AH quod falsum est, reclamauit meretrix et uoluit contradicere, si permitteret senex. 2 SINE DICAM Vergilius (*Aen. XII 25*) 'sine me haec h. m. f.' 3 VXOREM PRIVS HANC ante rem, a praeteritis et ante actis. 4 QVAM HANC DVXIT 'hanc' quasi molestam et quae hoc nolit pati. 5 †VESTRVM AMOREM PERTVLI† *ἀποσιώπησις*, ut in Heautontimorumeno (*V 1, 45—46*) 'at ne illud haud inultum, si uiuo, ferent! nam iam . . .' — '⟨non⟩ tu te cohibes?' 6 VESTRVM non ipsius Pamphili: —

7 *Ergo blande et honorifice; non enim 'illius amorem et tuum quaestum', sed 'amorem uestrum'.* — nihil potuit dici familiarius. 'pertuli' autem quantam uim habet patientiae quantumque ponderis, ne laedi mereatur ulterius! 8 VXOREM PRIVS QVAM HANC a persona sua 'prius quam hanc duxit, pertuli'. 9 *Et* quia multum

3 nunc] num *BC* ‖ 5 non — 6 FILIVM *om. V* | quod tu meum ⟨receptas⟩ *C* | quid ⟨id⟩ *Schoell* ‖ 8 est *om. C* ‖ 10 coniecturam *B*, -ralis *V* ‖ 11 *ατεχ* non mıcτını *B*, *ἀπέχνον πιστὶν V*, ç**** *C* | deest *C* ‖ 13 ahah *V* | acclamauit *C* ‖ 16 PRIVS] primum *B*, -us *C* | HANC] ante quam *V* | ante rem — HANC *om. C* ‖ 17 QVAM — DVXIT *om. V* ‖ 18 hec *C* | *schol. pertinet ad* AH . . . SINE DICAM | amatorem pertulit *BC*, a · per · *V* ‖ 19 ΑΠΟCΙΩΠΝCΙC *B*, *ἀποσιώπησισ V*, ***** *C* ‖ 20 anne *codd.* | haud] ut (*ante* illud *C*) *codd.* | si uiuo *om. C* ‖ 21 uestrum ⟨uestrum⟩ *B*, nostrum *V* ‖ 23 tum *B*, tu *V* | nostrum *C* ‖ 24 pertulit *C* ‖ 25 habet *om. C* ‖ 26 a — hanc *om. C* ‖ 27 duxit (*post* pertuli) *C*, dixit *BV*

diuque amauerit, 'pertuli' dixit, quae est longi temporis significatio.

745 **19** 1 NONDVM ETIAM DIXI ID QVOD VOLVI apparet senem tarde et longe loquentem interpellari uultu responsurae meretricis, cum ille sibi silentium praeberi uelit. sic Vergilius Latinum inducit dicentem (*Aen. XII 25—26*) 'sine me haec haud mollia fatu s. a. d., s. h. a. h.', sed ad postremum de Turno (*v. 47*) 'ut primum fari potuit, sic incipit ore'. 2 MANE NONDVM ETIAM *ἀποσιώπησις* tertia. 3 HIC NVNC VXOREM HABET cum denuntiatione pronuntiandum est, quasi dicat: alia res est.

746 **20** 1 QVAERE ALIVM FIRMIOREM magna moralitas in renuntiatione, magna proprietas; sic enim dicimus 'quaere tibi'. Vergilius (*Aen. XI 129*) 'quaerat sibi foedera Turnus'. 2 QVAERE ALIVM FIRMIOREM 'firmiorem' pro f i r m o: non enim f i r m u m esse concedit Pamphilum, quem uult intellegi deceptorem esse Bacchidis, non iam amatorem stabilem. 3 QVAERE ALIVM TIBI FIRMIOREM oratorie senex quasi consulit meretrici, quam uocauerat incusandam. 4 QVAERE ALIVM FIRMIOREM AMICVM a praesentibus et a futuris. 5 Callide senex, quasi iam non Pamphilo consulat sed Bacchidi, 'quaere alium' dixit. 6 DVM TEMPVS CONSVLENDI EST sensus: dum aetas in flore posita est ⟨et⟩ facies uendibilis etiam nunc. et est ordo: dum tempus est tibi consulendi. 7 *Et* bis subaudiendum est 'tibi'.

747 **21** 1 NAM NEQVE ILLE HOC ANIMO ERIT AETATEM

1 amauerunt *V* ‖ 3 DIXI ID] duxit *BC*, dixi *V* ‖ 4 tarde *om. V* | longum *CV* | uultum (mu- *C*) responsum *BC* ‖ 5 illud silentium sibi uelit praeberi *C* | ⟨longum⟩ silentium *V* ‖ 6 inducit loquentem *B* ‖ 7 hic aut *BC* ‖ 8 sed] et *Steph.* | detur non *codd., corr. Steph.* ‖ 9 ΑΠΟϹΙΟΠΕϹΙϹ *B*, *ἀποσιώπησισ V*, ***** *C* ‖ 10 diminutione *C*; comminatione *Schoell* ‖ 11 dicendum est *B* | est *2. om. C* ‖ 13 denuntiatione *Steph.* ‖ 15 QVAERE — FIRMIOREM *om. V* | firmiorem *om. C* ‖ 17 esse deceptorem *C* ‖ 20 FIRMIOREM AMICVM *post* futuris *in codd., transp. W.* ‖ 21 a *2. om. B* ‖ 23 tempus ⟨est⟩ *B* ‖ 24 est posita *V* | et *add. Klotz* | etiam nunc ⟨est⟩ *Westerh.* ‖ 25 consulenti tibi *C* ‖ 26 est *om. CV* ‖ 27 illo haec *B* | aetate *CV*, -ti *B*

pro ‘uide quam longa est aetas’. 2 NEQVE POL TV EADEM ISTAC σχῆμα λόγου· πλοκή: prius ‘aetatem’ aduerbium et posterius nomen.

748 **22** 1 QVIS non interrogatio, sed firma negatio est. 2 QVIS ID AIT cum dicat senex ‘meum receptas filium’, mirum est illam·dicere ‘quis id ait?’; sed ab accusatore testimonium quaerit. 3 *Et* bene ‘ait’ quasi uanum: sic enim dicimus ‘ait’ ‘aio’ de rebus nugatoriis. 4 SOCRVS terribiliter quasi quae maxime sciat, quae maxime doleat. ergo et oculis et labris pronuntiandum. 5 QVIS ID AIT moraliter meretrix missa fecit omnia, quae senex in medium contulit, et soli intentioni ‘meum receptas filium ad te Pamphilum’ ‘quis id ait?’ ⟨respondit⟩. 6 ET FILIAM ABDVXIT SVAM addidit ad personam testis et facta, quia minus idoneum uidebatur socrum dixisse de pellice.

7 *Et* simul ostendit, quantopere hoc animaduertendum sit, ex quo tantae turbae sint concitatae. 8 ABDVXIT SVAM ‘abduxit’ proprie dixit: accersi enim dicitur ad maritum, abduci a marito ad diuortium. sic Vergilius (*Aen. X 79*) ‘et gremiis abducere pactas’.

749 **23** PVERVMQVE OB EAM REM hoc sic pronuntiat senex, quasi qui dicat ‘ecce quarum rerum tu causa!’ et haec oratio de his est, quibus ostendimus nos posse grauiter accusare sed nolle.

750 **24** 1 APVD VOS POSSEM FIDEM bene ‘uos’, quia ⟨ille⟩ et ‘hic’ dixit et ‘socrus’ (*v. 19 et 22*). 2 ALIVD SI

1 prouidet *codd., corr. W.* | POL *om. C* ‖ 2 ista *C* | ЄΧΚΔΙΔΛΟΓΟΥ ΠΔΚΗ *B*, σχῆμα λόρουπλοκη *V*, * * * * * * *C* | aetate *V* ‖ 3 ⟨est⟩ et *?* ‖ 4 non *om. B* | interrogatio ⟨est⟩ *B* | est *om. C* ‖ 8 rebus negatoriis *BV*, remigatoriis *C* ‖ 10 ⟨est⟩ pronuntiandum *V* ‖ 13 respondit *D*, *om. rell.* ‖ 14 adduxit *B* | tristis *B* ‖ 15 idonea *B*, -am *C* | socerum *BCV* ‖ 16 quanto tempore *B*, quanta pene *C* | hoc ⟨oı̃um⟩ *C* ‖ 18 SVAM abduxit *om. V* | proprie *om. C* | dixit *om. B* ‖ 19 abduci *Steph.*: abducta *codd.* | ad — sic *om. V* ‖ 21 -QVE *om. C* | ob sic ⟨eam⟩ *B* ‖ 22 dicat qui *C* ‖ 23 est *D*, et *CV*, e *B* | ostendit *C* ‖ 24 accusare — POSSEM *om. C* ‖ 25 nos *BV* | posse fidem *B*, *om. V* | uos *L*, nos *rell.* | ille *add. W.*; Laches *Schoell* ‖ 26 dixit *W.*: dicit *CV*, d· *B*

SCIREM QVI FIRMARE mire, dum quaerit quod iuret, fidem sibi acquisiuit atque ascripsit.

751 **25** 1 SANCTIVS QVAM IVSIVRANDVM bene, dum aliud agit, etiam personam ⟨suam⟩ commendat; nam non est leuis, quae iureiurando nihil sanctius sciat. 2 SANCTIVS firmius.

752 **26** 1 ME SEGREGATVM HABVISSE VXOREM bono significatu usa est, quasi ipsa hoc fecerit. 2 *Et* bene 'segregatum': non enim 'disiunctum' aut 'repudiatum' proprie diceret. 3 VT DVXIT A ME PAMPHILVM 'ut' aduerbium temporis est pro ex quo.

753 **27** 1 LEPIDA ut si⟨gnifice⟩t senex cum meretrice s⟨e⟩ loqui, eo nomine eam laudauit, quo meretrices solent laudari quam quo mater familias. sic et supra (*v. 14*), cum 'inscitum' se diceret, rationem habuit, quae esset cum qua loqueretur. 2 SED SCIN QVID VOLO POTIVS hinc deliberatiua incipit. 3 SODES si audes, ⟨ut 'sis'⟩ si uis.

754 **28** 1 EAS AD MVLIERES HVC INTRO non dixit 'ad socrum et uxorem', terribilia nomina et inimica meretrici, sed quod facile est 'ad mulieres'; sic alibi (*Phorm. IV 5, 14*) 'mulier mulieri magis congruit'. et ne longe uideretur, addidit 'huc intro'. 2 ATQVE VT ISTVC IVSIVRANDVM id est: quod tu mihi pollicebaris.

755 **29** 1 EXPLE ANIMVM HIS TEQVE HOC CRIMINE EXPEDI 'explere' emunire: Terentianum est. 2 Expedire se dicitur, qui pedem retentum liberat. 3 EXPLE ANIMVM quo illis prosis.

1 mire] quam rem *B* | quod] quae *B* ‖ 2 sibi fidem *C* ‖ 3 dum *om. B* ‖ 4 suam *add. W.* ‖ 5 lenius *B* ‖ 8 fecerit haec *B* | bene gratum *BC* ‖ 11 pro *om. C* | ex qua *B* ‖ 12 ut] es *B* | significet *Schoell*: sit *codd.* | meretrices *C*, -cis *B*, -ce *V*; *corr. W.* ‖ 14 scitum (*post* se *B*) *BCV* ‖ 15 est *BV* ‖ 16 SCIN] hem *C* | quod u· *V* | POTIVS] primitus *B*, *om. V* | hic *C* ‖ 17 ut sis *add. W.* ‖ 18 HVC INTRO *om. B* ‖ 19 socerum *C* | ⟨ad⟩ uxorem *C* | meretricis sed (et *C*) *codd.* ‖ 21 congruit magis *B*, congruit *C* ‖ 22 ATQVE — pollicebaris *om. V* ‖ 23 tu *om. C* ‖ 24 EXPLE] expedire *C* | ANIMVM — EXPEDI *om. V* | eis *C* | crimen *C* ‖ 25 emunire *Schoell*: et (est *V*) inanire *codd.* ‖ 26 quid *B* ‖ 27 quod *BV* | prosit *V*

756 **30** QVOD POL SI ESSET ALIA EX HOC QVAESTV uigilanter poeta, ne non uerisimile uideretur id ullam fecisse meretricem, ipse lectorem praeuenit. et sic fere in omnibus Terentius, quae minus peruulgata sunt quaeque abhorrent a consuetudine, agit.

757 **31** 1 VT DE TALI CAVSA id est amore mariti eius et pellicatu. 2 NVPTAE MVLIERI SE OSTENDERET plus dixit quam ʻnuptam alloqueretur'.

758 **32** SED NOLO FALSA FAMA ESSE bene, quo sit gratiosior, non propter se dixit quod facit facere.

759 **33** 1 NEC LEVIOREM VOBIS quid ʻleuiorem'? an minus c a r u m, ut contra ʻgrauis' intellegitur? *Vergilius (Aen. XII 458) ʻferit ense grauem Tymbreus Osirim'.* 2 G r a u i s etiam molestus intellegitur, ut Sallustius (*Hist. III fr. 7 M.*) ʻgrauiores bello qui prohibitum uenerant socii se gere⟨re⟩'. 3 G r a u i s etiam languidus. Vergilius (*Geo. III 95—96*) ʻubi aut morbo grauis a. i. s. a. d., a. d.' 4 NEC LEVIOREM ut contra ʻgrauis' honore dignus et carus. 5 QVIBVS EST ⟨MINIME⟩ AEQVVM parentibus scilicet.

760 **34** 1 IMMERITO bona exceptio: hoc enim et cauere nobis et praestare aliis possumus. 2 IMMERITO NAM MERITVS DE ME EST *παρόμοιον*. 3 NAM MERITVS DE ME ⟨EST⟩ QVOD QVEAM ILLI VT COMMODEM et hoc artificiose Terentius, ne uel meretricem dure a Pamphilo segregaret. 4 QVOD QVEAM ILLI VT COMMODEM sic in Andria (*I 1,*

1 POL *om. C* | esses *BC* | EX HOC QVAESTV *om. V* ‖ 2 ne *Steph.*: uel *C*, et *B*, quod *V* | id *om. CV* ‖ 3 uere *C* ‖ 4 sunt *Steph.*: sint *codd.* ‖ 5 agit *D*, ait *B*, *om. rell.* ‖ 7 pelicatum *codd., corr. Steph.* | mulieris *CV* | offenderet *B* ‖ 8 loqueretur *V* ‖ 9 falsam esse famam *C* | grauiosior *B*, grauior *C* ‖ 10 quicquid *B* ‖ 11 VOBIS] n · *V* | an *ed. pr.*: aut *D*, *om. rell.* ‖ 12 grauis ⟨carus⟩*? cf. schol. 33, 4* ‖ 14 grauis — se gerere *om. B* ‖ 15 grauiore *C*, -rem *V*; *corr. Maurenbr.* | prohibitum *Maurenbr.*: -tur *C*, -tus *V*; -turi *Steph.* | uenerant *V* ‖ 16 socii segere *C*, sociis egere *V*, *corr. Maurenbr.* ‖ 17 d. a. d. *om. V* ‖ 18 leuior *codd.* ‖ 19 et *om. C* | tecum *C* ‖ 24 ΠΑΡΟΝΟΙΟΝ *B*, *παρομοιον V*, * * * * *C* | et hoc — COMMODEM *om. C* ‖ 25 dure *om. V* ‖ 26 quod q · u · i · c · *V*

*135—36*) ‘magis id adeo, mihi ut incommodet, quam ut obsequatur gnato’.

761 **35** 1 FACILEM BENIVOLVMQVE LINGVA TVA ‘facilem’ ad peccatum, ‘beniuolum’ ad iracundiam rettulit. 2 LINGVA TVA consuetudine magis quam ratione dixit. 3 ‘Lingua’ ergo pro homine ipso. 4 LINGVA TVA IAM subdistingue ‘iam’, ut appareat: si lingua iam, quanto magis facta.

762 **36** 1 NAM NON SVNT SOLAE ARBITRATAE HAE nunc fatetur se quoque accusatorem fuisse, nunc uero beniuolum factum. 2 HAE cum ἀποστροφῇ. 3 EGO QVOQVE ⟨HOC ETIAM CREDIDI ‘quoque’ et⟩ ‘etiam’ superuacue posita sunt, sed hic confirmationem ostendunt.

763 **37** 1 PRAETER NOSTRAM OPINIONEM ‘praeter’ pro ‘contra’. 2 PRAETER NOSTRAM OPINIONEM hoc est innoxiam.

764 **38** 1 FAC EADEM VT SIS PORRO hoc est: perseuera purgata esse; uult enim et de futuro cautum esse, ut supra (*v. 13*) ‘nam si id facis facturaue es’. 2 NOSTRA VTERE AMICITIA non iam ‘amore’ sed ‘amicitia’.

765 **39** 1 ALITER SI FACIAS κατάπαυσις μετ᾽ ἀπειλῆς. 2 NE AEGRE QVICQVAM EX ME AVDIAS utrum ‘aegre’ pro male an ‘aegre’ pro inuita?

766 **40** 1 VERVM HOC TE MONEO VNVM haec figura oratoria παραίνεσις dicitur. 2 QVALIS SIM AMICVS AVT QVID POSSIM in secunda oratione Sallustius ad Iugurtam (*32, 5*) ‘ne uim magis quam beniuolentiam eius experiri mallem’.

1 ut incomodet mihi *B* ‖ 2 nato *B* ‖ 3 LINGVA TVA] i · l · r · *V* ‖ 4 beniuolentem *V*, bene nolentem *B* ‖ 5 dixit *W.*: dicitur *CV*, -cit *B* ‖ 6 IAM *om. C* ‖ 7 quantum ⟨in⟩ *BC* | magna *C* | facta *Steph.*: fama *codd.* ‖ 8 iam non *BC* ‖ 10 hehe *BC* | ⲀΠOCTpopha *B*, ἀποστροφή *V*, **** *C* | HOC — quoque et *add. Steph.* ‖ 12 hinc *V* | confirmationem *Steph.*: firmationem *BV*, ⟨quoque⟩ affirm- *C* ‖ 13 praeter — OPINIONEM *om. C* ‖ 14 innoxiam] maxima *V* ‖ 17 nostraue utere *C*, utere nostra *B* ‖ 18 non — amicitia *om. C* ‖ 19 facies *C* | RⲀTⲀⲏⲀNTICⲀIЄ *B*, KⲀTⲀΠⲀYCIC MЄTⲀKΠAHC *cod. Cuiac.*, ****** *CV*; *corr. Sabbad.* ‖ 20 NE *om. C* | quicquid *BC*, q · *V* ‖ 22 TE *om. BC* ‖ 23 ⲏⲀPⲀINHCIC *B*, παραίνεσις *V*, ç**** *C* ‖ 24 ratione *BC*, (*ante corr.*) *V* | *Sallusti verba hic corrupte, infra recte afferuntur* ‖ 25 me uim *B*, meum *C*, nam uim *V*

3 QVALIS SIM AMICVS AVT QVID POSSIM hoc genus comminationis et minus habet amaritudinis et plurimum grauitatis. 4 *Et* Sallustius (*Iug. 32, 5*) 'ne uim quam misericordiam eius experiri mallet'.

---

2.

767 **1** 1 NIHIL APVD ME TIBI DEFIERI PATIAR uerba nutricis fuisse poeta monstrat petentis pro ⟨more⟩ ordine longo, quae sibi praebenda sint. unde quasi taedio singulorum generaliter hic respondet 'nihil apud me tibi d. p.' 2 *Et* 'apud me' dixit pro: apud eum, ubi futura es.

768 **2** 1 DEFIERI PATIAR noluit dicere 'deesse', sed 'defieri' dixit, ut id quod minus usitatum est, magis delectat auditum. 2 BENIGNE PRAEBEATVR 'benigne' large: hoc est enim gratius non solum praebere, sed etiam b e n i g n e.

769 **3** 1 SED CVM TV SATVRA ATQVE EBRIA ERIS hoc est in nutricibus non solum non turpe sed etiam necessarium. 2 *Et* h i c s a t u r e t h a e c s a t u r a facit.

770 **4** 1 NOSTER SOCER VIDEO VENIT 'noster' blandientis dictum est. Vergilius (*Aen. II 149*) 'noster eris'. 2 *Et* magis hoc consuetudine dictum est quam integritate. 3 Aut certe ordo: noster socer uenit, et deinde: uideo. 4 Aut deest 'ut', ut sit: ut uideo.

1 genus] ergo *B* ‖ 2 et *2.*] sed *BC* ‖ 3 ne] nam *codd.* ‖ 5 nutricis ⟨∗∗∗∗⟩ *V* ‖ 6 monstrat (*ante* poeta) *V*, ⟨se⟩ monstrat *B* (dem- *D*) | pro ⟨more⟩ *Schoell* (*cf. Plaut. Truc. 903 sqq.*); pro⟨terue⟩ *Goetz* ‖ 7 sint *om. B* | tediosi incultorum (mult- *V*) *BCV* ‖ 8 hic r∗∗∗ *B*, hic r· *V*, h·r· *C* (hęc respondit *D*) ‖ 9 Et *om. C* | eum] me *C* | es *Steph.*: est *codd.* ‖ 10 deesse (*ante* dicere) *B*, deest *C* ‖ 11 id quod *Steph.*: in quo *codd.* | suscitatum *B*, -tauit *C*, sciscitatum *V*; *corr. Steph.* | est *Steph.*: et *codd.* ‖ 12 benigne *om. C* ‖ 13 enim est *V*, enim *B* ‖ 14 SED *om. C* | fueris atque hebria *B*, atque olim eris *C*, atque ebria *V* | hoc — sed etiam] *lac. V* ‖ 15 turpe non ⟨est⟩ *B* | sed etiam] non et *C* ‖ 16 et his *B*, in his *C* | satura *BC* | et haec satura *om. C* | facit *L*, fecit *rell.* ‖ 17 VIDEO VENIT *om. CV* | noster — est *om. C* ‖ 18 erit ⟨mihique c. h. u. r.⟩ *V*, eris ⟨hoc⟩ *BC* ‖ 20 socer noster ⟨∗∗∗∗⟩ uenit *B* | deinde] certe *C* ‖ 21 ut *2. om. BC*

771 5 1 DEIERAT deos iurat, ut (*Verg. Aen. VI 351*) 'maria a. i.' 2 Aut ualde iurat. 3 BACCHIS DEIERAT si correpte, d e o s  i u r a t, si producte, u a l d e  i u r a t. 4 *Et* bene senem iratum praeoccupauit dicendo 'deierat sancte', ne confligeret cum meretrice et fieret fabula longior. 5 HAECINE EA EST imitanda irati contemplatio, quasi dicat 'haec est quam uxori Pamphilus anteponit?'

772 6 1 NEC POL ISTAE METVVNT DEOS hoc argumentum est non illam uera iurare. sancitur autem iusiurandum aut metu religiosorum aut supplicio sacrilegorum. at uero nec religiosae sunt meretrices, inquit, nec dant poenas, quippe quae a dis contemnantur. tale est illud apud Vergilium: si uiolatus est lucus, tamen uindicatum non est, 'sed faciles nymphae risere sacello' (*Ecl. III 9*). 2 NEC EAS RESPICERE DEOS OP. et infeliciores sunt, inquit, quam in quas di uindicent. 3 NEC EAS RESPICERE nec merentur, inquit, ut dis poenas referant, quia nec curae dis esse dignae sunt. et est ἀμφιβολία, quae sensu manifesta est.

773 7 1 ANCILLAS DEDO QVO. repudiato iureiurando ad aliud transit firmius documentum. 2 QVOLIBET CRVCIATV PER ME EXQVIRE 'per me' hoc est me permittente, ut quod per leges tibi non licet, 'per me' liceat. 3 'Per me' ergo id est me auctore, permittente.

774 8 1 HAEC RES HIC AGITVR aut sic intellegendum est, quasi dicat 'hoc agebamus, cum tu aduenires,' aut cum

1 iurat *om. V* ‖ 2 a. i.] omnia iuro *V* | si — 3 ualde iurat *om. C* ‖ 4 persancte *V*; *sic et Ter.* ‖ 6 heccine ea est *V*, hec in est *C*, haec *** *B* ‖ 9 est *om. V* | ueram *BC* | sancitur *W.*: sanctum *codd.* | autem] aut *B* ‖ 10 religiosior *codd.*, *corr. W.* | ut supplitia *B* | sacrilegorum at uero *Steph.*: sacri (-is *B*) legiora ut uere *codd.* ‖ 11 meretrices sunt religiosae *V* ‖ 13 est *om. C* ‖ tamen *W.*: cum *CV*, *om. B* | uindicatur *C*, -tus (*post* non est) *B* ‖ 15 neque *CV* | EAS] has *Ter.* | OP. et] oportet *BC*, o · et *V* | inferiores *Steph.* ‖ 16 quos *CV* | uindicent *Steph.*: -cant *codd.* | has *V*, fas *C* ‖ 17 ⟨quae⟩ nec *B* ‖ 18 quia] quae *C* | et] in *C* | amphibolia *V*, -la *B*, ***** *C* ‖ 20 dabo *V* ‖ 21 transiit *B* ‖ 22 ME *om. V*

asseueratione pronuntiandum, ut sit 'res' ueritas, quasi dicat 'hic non uerba sunt, sed res agitur'. 2 HAEC RES HIC AGITVR propositio est eorum, quae dictura est, hoc modo: 'haec res hic agitur'. — quae res? — 'Pamphilo me facere ut redeat uxor oportet, quod si perficio, non paenitet me famae solam fecisse id quod aliae meretrices facere fugitant'. 3 Multa Terentius feliciter ausus est arte fretus, nam et socrus bonas et meretrices honesti cupidas praeter quam peruulgatum est facit. sed tanta uigilantia causarum et rationum momenta subiungit, ut ei soli merito uideatur totum licere. nam hoc contra illud est, quod alibi (*Eun. prol. 37*) ait, commune iam esse omnibus comicis 'bonas matronas facere, meretrices malas'.

775 9 1 NON PAENITET ME FAMAE haec figura λιτότης dicitur: minus enim dicit quam significat. nam 'non paenitet me famae' pro eo quod est 'magnam famam cupide acquisierim' significat. 2 NON PAENITET ME FAMAE ne quaereremus, quid hoc meretrici prodesse posset.

776 10 1 SOLAM FECISSE bene 'solam', ne nescisse officium meretricis poeta uideretur. 2 SOLAM FECISSE id est reconciliasse uxorem marito.

777 11 1 NOSTRAS MVLIERES SVSPECTAS FVISSE id est: in suspicione positas, nam 'esse suspectas' ambiguum est. et nunc eius partem manifestam uidemus. 2 FALSO NOBIS IN RE IPSA 'nobis' aut abundat aut cum n o s t r a molestia significat.

778 12 1 PORRO HANC NVNC EXPERIAMVR 'porro' nunc futurum tempus ostendit, *nam si iam inuenisti quid, ex-*

1 seueratione *BC* | ⟨est⟩ ut *B* | res *om. C* ‖ 2 dicat hic] data hec *C* | ⟨ad⟩ haec *V*, ut *BC* ‖ 3 ⟨ut⟩ hic *B* | qui *BC* ‖ 4 pamphile *BC* ‖ 5 oportet] necesse est *C* ‖ 7 feliciter] facile *C* | ausus est] *hic desinit cod. B* ‖ 10 uiolentia *C* ‖ 12 esse iam *V* ‖ 14 ME *om. C* | litotes *V*, ait liptotes *C* ‖ 15 nam] iam *C* ‖ 17 acquisierit *V* | significat *del.? an* ⟨hoc enim⟩ s.*?* | ne] non *C* ‖ 18 quid] igitur *C* | possit *C* ‖ 19 fecisse ⟨se⟩ *V* | sola *C* | ne *om. C* ‖ 20 uideatur *V* | sola *C* ‖ 22 id est in] idem usu *C* ‖ 23 esse] et *V* | et] et⟨si⟩ *Schoell*; *an* sed*?* ‖ 24 manifestas *C* ‖ FALSO — IPSA *om. V* ‖ 25 molestia *D*, mod- *CV* ‖ 27 'porro nunc' *vulgo*

*perieris et ea, quae restant in reliquum tempus*, quia de praeteritis iam purgata est. 2 HANC EXPERIAMVR id est utamur opera eius.

779 **13** 1 CRIMINI TVA SE VXOR CREDIDISSE crimen proprie dicitur id, quod fictum est. et Cicero (*fr. inc. 27 M.*) 'uerum tamen actum et criminosum ius est', id est falsa insimulatio est. 2 CRIMINI crimen nunc pro falsa suspicione posuit. Vergilius (*Aen. XI 407*) 'formidine crimen acerbat' et (*Aen. XI 122—23*) 'semperque odiis et crimine Drances infestus iuueni Turno', id est: et quod eum odisse et quod se illi odio esse suspicaretur.

781 **15** CITO AB EO HAEC IRA ABSCEDET bene: in duabus enim personis causa uidetur esse turbarum, socrus et Pamphili.

782 **16** 1 PROFECTO IN HAC RE ⟨N. M. E.⟩ QVOD SIT DISCIDIO DIGNVM moraliter quasi quaerendo et discutiendo hoc intulit. 2 DISCIDIO diuortio.

783 **17** 1 VELIM QVIDEM HERCLE ut nihil sit dignum, hoc est non peccauerit Pamphilus. 2 ADEST QVOD SATIS ⟨SIT⟩ FACIET IPSA id est: quicquid ad plenam ducit purgationem, sufficiat.

784 **18** 1 AN QVIA NON TVTE IPSE correptio est, nam audiuit.

785 **19** ILLIS MODO EXPLETE ANIMVM quasi dicat 'quae amarae sunt et molestae' (*cf. IV 4, 88*).

784 **18** 2 AVDISTI DE HAC RE ANIMVS MEVS VT SIT utrum quia dixit 'manere inter nos affinitatem perpetuam uolo' (*cf. IV 4, 101*) an quia apud uxorem defendit adulescentem in amore meretricis?

1 in *om.* *C* ‖ 2 iam *ante* de *V* ‖ 4 crimen (*ex* -mini *corr.*) tue uxori credidisse *C*, crimini *V* ‖ 5 fictum *cod. Cuiac.*, factum *rell.* ‖ 6 actum et *C*, ac tametsi *V*; actum ⟨est⟩ et *Schoell* | ius est *V* (*dett.*), iusem (e *ex corr.*) *C* ‖ 7 insimulatio est *Steph.*: insimulatione *codd.* | criminis crimen *codd.* ‖ 11 illi *Steph.*: illius *codd.* | suspicetur *C* ‖ 12 abscedit *C* | duabus in (*om.* enim) *C* ‖ 15 profectio *V*, (*ex corr.*) *C* | IN *om.* *C V* ‖ 20 FACIET *om.* *V* | plenum *C* ‖ 22 ipsa *C* ‖ 24 explere *V* ‖ 25 modeste *C* ‖ 26 ⟨ait⟩ audisti *V*, audisti (*post* re) *C*

786 **20** QVOD MIHI POLLICITA ⟨ES⟩ TVTE VT SERVES id est iusiurandum apud mulieres.

784 **18** 3 QVID MIHI ISTA NARRAS reprehensio est quasi uerborum longiorum Lachetis.

787 **21** OB EAM REM VIS ERGO INTRO EAM ‘uis’ dicit, ut ostendat in hac re cunctationem suam.

789 **23** 1 NAM NVPTA MERETRICI HOSTIS EST alias inimica.
2 NAM NVPTA MERETRICI HOSTIS EST caute etiam hoc praestruit poeta, ne non uerisimile uideatur potuisse maritatam concorditer cum pellice agere.

791 **25** AT EASDEM AMICAS TIBI hoc quidem senex. uerum aliae causae sunt quae mulieres faciunt molestas et ⟨amaras⟩; hae autem spectatoribus notae sunt ex argumento.

792 **26** 1 ET ⟨TE⟩ SIMVL SVSPICIONE EXSOLVES hoc est, quod supra (*v. 13*) dixit crimen. *nos quoque suspicionem interpretati sumus.* 2 EXSOLVES expedies.

793 **27** 1 PVDET PHILVMENAE M. ‘pudet’ duo significat: siue ille peccarit quem pudet, siue ille cuius pudet.
2 *Et* familiariter ait ‘Philumenae’ tamquam notae ex Pamphilo. 3 SEQVIMINI ME INTRO AMBAE ancillis dicit, quae sunt κωφὰ πρόσωπα. 4 PVDET PHILVMENAE conscientia communis uiri et pellicatus.

794 **28** 1 QVID EST QVOD M. M. sensus hic est: quid est quod magis optem mihi euenire, quam quod simul proderit etiam meretrici? et hoc ergo intulit pro nouo: mirandum est enim euenire potuisse, ut idem et seni et patri

1 id est *om. C* ‖ 4 longorum *V* ‖ 5 OB EAM REM *et* ERGO *om. V* | intercam *C* ‖ 6 cunctantem *C* ‖ 7 NAM — inimica *cod. Cuiac., D* (*ed. pr.*), *om. rell.* | alias *cod. Cuiac., D*; alia scilicet *ed. pr.*, aliena scilicet et *Klotz* ‖ 8 meretricis *V* ‖ 9 ne] ut *C* | uideatur *om. C* | maritatam *Goetz et Schoell*: meretricem *codd.* ‖ 11 AT] et *CV* | inimicas *C* | hic *V* | senes *C* ‖ 12 molestas *D*, mod*rell.* | amaras *add. Klotz coll. schol. 19* ‖ 13 hec *C* | autem *D*, aut *rell.* | ex *om. V* ‖ 17 phil · m · *V*, philomenam *C* ‖ 18 illi peccauerit *C* | illa *C* ‖ 19 ait *om. C* ‖ 20 intro me ambabus *V* ‖ 21 κωφὰ πρόσωπα *Steph.*: ****** *codd.* ‖ 22 pelicantis *C* ‖ 23 QVOD — quid est *om. C* ‖ 24 magis quod optet *C* | eueniri *C* | quod] qꝫ *C* ‖ 25 et *Schoell*: si *CV*, sic *dett.* ‖ 26 uenire *C*

prosit, quod meretrici. 2 QVID EST QVOD MIHI MALIM ut amicitia sibi et mihi prosit. 3 *Et* ostendit commune sibi bonum esse. 4 EVENIRE 'euenire' bis numero subaudiendum.

795 **29** 1 VT GRATIAM INEAT SINE SVO DISPENDIO recte: difficile est enim gratiam inire sine damno. 2 ET MIHI PROSIT mire, quia difficile est amicum sine damno acquirere. et quia 'cum lucro' non potuit dicere, et hoc ipsum bonum fecit, quia sine damno. 3 Ergo uelut tria sunt: ut gratiam ineat et sine damno et mihi prosit.

796 **30** PAMPHILVM VERE AB SE SEGREGARIT proprie a meretrice segregari dicitur, ab uxore disiungi.

797 **31** 1 SCIT SIBI NOBILITATEM EX EA RE NATAM quasi dicat 'ecce quam amauit Pamphilus'. sed hoc sentire et dicere patris est stulta pietate magni facientis filium, ut (*Andr. I 2, 14*) 'meum gnatum rumor est amare'. 2 *Et* proprie 'nobilitatem' dixit, nam et meretrix et gladiator nobilis dici solet. 3 SCIT SIBI quod nimis amat, ait 'nobilitatem'. 4 EX EO 'ex eo' utrum ex Pamphilo? an 'ex eo' ex ea re, id est quod segregauerit uere a se Pamphilum? 5 *Et* hoc est melius, nam nobilis meretricis est non timere, ne alterum non inueniat, aut nobilis est cognitam fieri etiam senibus. 6 REM NATAM ex patrocinio et amicitia senis; GLORIAM ex facto raro in meretricibus. 7 ET REM NATAM quia multa in eam contulit; ET GLORIAM ESSE quia defendit eum apud soceros et uxorem *et quod marito meretrix coniugem reddit.*

2 ut] quod *C* ‖ 3 euenire *om. V* ‖ 7 quia] & *C* ‖ 8 quia] cum *C* | lucro *Steph.*: uero *codd.* ‖ 10 et . . et] ut . . et ut *Steph.* ‖ 11 VERE] uero *L*, non *V*, *om. CD* | SE *om. C* ‖ 13 sciat *V* | bonitatem *C* | EA RE NATAM *om. V* ‖ 14 dicatur *C* | ecce ⟨est⟩ *V* ‖ 15 stulta] multa *V* | ut *om. C* ‖ 18 sciat *V* ‖ 19 EX] et ex *V* | utrum pamphilo (*om.* ex) *V* ‖ 20 ⟨·i·⟩ ex ea re *V* | segregauit *C* | a *om. C* ‖ 21 Et] est *V* | nobileṣ *C*, *qui* meretricis — nobilis *om.* ‖ 23 cognitione *C* ‖ 24 ex facto *om. V* ‖ 25 quia *om. C* | ea *C* ‖ 26 ET *om. C* | quia *dett.*, quae *CV* | eam *V* ‖ 27 et *1. om. C*

3.

799 **1** 1 EDEPOL NE MEAM ERVS ⟨ESSE⟩ OPERAM DEPVTAT P. P. in tota fabula hac seruus piger et curiosus inducitur neque quicquam illi euenit ex sententia sua. 2 EDEPOL NE MEAM hoc totum a stomachante dicitur quasi qui nunc cum maxime iniuriam persenserit. 3 EDEPOL NE MEAM in hac scaena καταστροφή populo exponitur. 4 DEPVTAT PARVI PRETI quia scilicet sic abutitur. 5 DEPVTAT PARVI qui deputat eam in re nullius pretii consumendam.

800 **2** 1 FRVSTRA VBI TOTVM DESEDI DIEM deest ʿilluc', ut sit: illuc, ubi frustra totum desedi diem. 2 DESEDI DIEM nota accusatiuo casu usum esse.

801 **3** 1 MYCONIVM HOSPITEM DVM EXSPECTO memoriter et uigilanter seruus ʿMyconium hospitem' et ʿCallidemidem' dixit, ne uideretur neglegentia uel obliuione sua non inuenisse, ad quem missus est. 2 MYCONIVM HOSPITEM bene ostendit se memorem signorum et nominum, ut uere uideatur illusus esse, cum operam dederit.

802 **4** 1 ITAQVE INEPTVS moraliter additum ʿineptus'. 2 *Et* ʿineptus' q u a s i i n e p t u s.

803 **5** 1 ADVLESCENS DIC DVM QVAESO uerniliter et comoedice se ipsum seruus imitatur. *et est* μίμησις. 2 ES TV MYCONIVS NON ut tria mandata sunt inquirenda, tria inquisita sunt ordine.

805 **7** 1 OMNES NEGABANT bene transit a μιμητικῷ ad

1 mea *C*; *sic et infra bis* | ERVS — P. P. *om. V* ‖ 2 in *D*, *om. rell.* | hac *dett.*, haec *CV* | et ⟨et⟩ *C*, *om. V* | inducitur — sua] ******** (*in mg.* deletum propter uetustatem *m. 1*) *V* (*etiam in L lac.*) ‖ 3 euenit *Steph.*: uenit *CD* ‖ 4 hoc *om. C* | nunc cum] nunquam *C*, nunc *V* (*L*; uim cum *D*) ‖ 5 iniuria *C* ‖ 6 hac *om. C* | scaena *om. V* | καταστροφὴ *V* (cat- *D*), **** *C* ‖ 7 quia *om. C* ‖ 8 consumenda *C* ‖ 9 VBI *om. C* | deest — diem *om. C* (*dett.*) ‖ 10 DESEDI DIEM *om. V* ‖ 12 expectat *C* ‖ 13 et *om. V* ‖ 16 et nominum] in omnium *C* ‖ 19 inceptus quasi ineptus *C*, *ine*ptus quasi *non* aptus *V*; i. q. inaptus *male Steph.* ‖ 20 ueri similiter *V* | comoedice *V*, cum meditem *C*; comice *Steph.* ‖ 21 μιμήσισ *V* (mim- *D*), **** *C* | ES TV] res III *C* ‖ 22 ut *D*, at ut *V*, aut *C*; *fort.* ⟨s.⟩ AT ⟨c.⟩ ‖ 24 ignorabant *C* | a Minetico ad dihegomaticon *C*, a mimitico ad dihegematicon *V*

διηγηματικόν et συντόμως. 2 QVEMQVAM ESSE ARBITROR id est: non puto eum esse in mundo.

806 8 IAM PVDEBAT sedere an interrogare?

807 9 1 AB NOSTRO AFFINI EXEVNTEM VIDEO satis moraliter inducitur seruus dicere 'nostro affini', cum domini eius sit, non ipsius. sic supra senis est (*V 2, 4*) 'noster socer uenit' pro Pamphili socer. 2 EXEVNTEM VIDEO docte poeta praemonstrat locuturam personam. 3 QVID HVIC QVID EST REI rursus curiosus nihil sciturus est et cursurus piger.

---

808 **10** 1 PARMENO OPPORTVNE TE MIHI OFFERS attendendum, quod ab initio comoediae usque ad finem Parmeno mittitur ut currat et celatur ut nesciat quod curiose desiderat. 2 PROPERE CVRRE AD PAMPHILVM facete poeta inde incipientem facit, quod ille minime uult, dicendo 'curre'.

809 **11** 1 QVID EO id est ⟨ad⟩ Pamphilum. 2 DIC ME ORARE VT VENIAT uide curiosum non recusare laborem, quo causam sciat. 3 AD TE non ad te conueniendam, sed domum 'ad te' significat. 4 IMMO AD PHILVMENAM mire tota fabula inuenit, quamobrem currat Parmeno.

810 **12** 1 QVID REI totum pro persona. 2 TVA QVOD NIHIL REFERT PERCONTARI DESINAS οἰκονομικῇ διανοίᾳ et eximie dixit, quasi munus sit iniuria⟨m⟩ prohibentis in[ter]-

1 et συντόμως *Steph.*: et σιωτομωσ (ομ *in ras.*) *V*, ***** *C* | quemque *C* ‖ 4 affini *C*, -ne *dett.*, af· *V* ‖ 5 seruus dicere *om. V* | affine *dett.* ‖ 6 sit *L*, sint *C*, sunt *V* | est] et *V* ‖ 7 ⟨et⟩ socer *C V* | socerum *codd.* ‖ 8 monstrat *C* | huc *C* ‖ 9 quid est *V*, quidem *C*; hic est *Ter.* | et cursurus *W.*: excurs- *codd.* ‖ 11 PARMENO] *novae scaenae initium in codd.* | TE MIHI OFFERS *om. V* ‖ 14 AD PAMPHILVM *om. V* | poete inde ⟨ad⟩ *C* ‖ 15 uult] uel *C* ‖ 16 currere *C* ‖ 17 id est *dett.*, idem *CV* | ad *add. Steph.* ‖ 19 conueniendum *codd.*, *corr. Steph.* ‖ 22 pro persona totum *C* ‖ 23 perconctari desine *C*, *om. V* | οἰκονομικῇ διανοίᾳ *Steph.*: ****** *codd.* ‖ 24 minus *codd.*, *corr. Schoell*; iniuriam *et* inrogare *idem*

rogare quam interroganti respondere. 3 *Et* memento hanc esse, cui in principio nihil celauerit Parmeno.

811 **13** 1 NIHIL ALIVD DICAM uult rem per mandata colligere. 2 ETIAM COGNOSSE ANVLVM MYRRINAM ‘etiam’ aduerbium est uel consentientis uel reminiscentis; sed magis reminiscentis modo. sic Cicero (*in Verr. II, II 35, 87*) ‘etiam, quod paene praeterii, capella quaedam est mire facta’.

812 **14** SCIO non ‘audio’ inquit sed ‘scio’.

814 **16** 1 SED CESSAS hoc est tardas et quiescis. urget autem cursum. 2 MINIME EQVIDEM ‘cesso’ subauditur. 3 POTESTAS HAVD DATA EST cessandi scilicet.

815 **17** ITA CVRSANDO ATQVE AMBVLANDO est enim cursus etiam nauigantis et equitantis.

816 **18** QVANTAM OBTVLI ADVENTV MEO reliqua pars argumenti per monodiam narratur.

817 **19** 1 QVOT COMMODAS RES ATTVLI ‘quot’ tam multas. et more suo ‘attuli’ dixit. 2 *Et* ADEMI CVRAS ut (*Andr. II 2, 2*) ‘metum, in quo nunc est, adimam atque expleam animum gaudio’. 3 QVOT COMMODAS RES . . QVOT AVTEM CVRAS haec omnia admirantis sunt. Vergilius (*Aen. IV 10*) ‘quis nouus hic nostris successit sedibus hospes!’

818 **20** GNATVM EI RESTITVO ETC. *ἐξαρίθμησις*.

819 **21** REDDO redditur nobis, quod nostri cupidum est, restituitur nobis, cuius nos cupidi sumus. bene ergo ‘gnatum restituo’, ‘uxorem reddo’.

820 **22** 1 QVA RE SVSPECTVS SVO PATRI ET PHIDIPPO FVIT

1 interroganti *Steph.*: -antis *V*, -are *C* | respondentis *C* ‖ 2 hec *C* ‖ 4 cognouisse *V*, cognoscere *C* | anulum ⟨illum⟩ *codd. Ter. praeter A* | myrrina *V* ‖ 7 quaedam *om. V* | mire facta (-as ˉ*C*)] ea quidem mire . . . scite facta et uenuste *Cic.* ‖ 9 urget autem *D*, urgent *V*, urgeat (*bis*) *C* ‖ 10 cursum *W.*: -su *codd.* ‖ 12 ATQVE *om. C* ‖ 13 etiam] et *V* ‖ 14 quantum *C* ‖ 16 Quo*t* *V* | tam] quam*?* ‖ 17 et] sed *C* | Et ademi c. *ed. pr.*: et adde *V*, ademi c· *D*, ***** *C* | ut *om. V* ‖ 19 quo*t* *V* ‖ 20 CVRAS] etc· *V* ‖ 23 *εξαριθμηϊσισ* *V* (*Steph.*), ***** *C* (*dett.*) ‖ 24 est] et *C* ‖ 26 natum *V* ‖ 27 FVIT *om. C*

ergo non unum beneficium, sed tria sunt. 3 EXSOLVI uariauit tempora: 'restituo ... reddo' 'exsolui'.

822 **24** 1 NAM MEMINI ABHINC MENSES DECEM 'menses decem' dixit, ut et recte et de hoc peperisset. 2 NOCTE PRIMA primis partibus noctis uel primore, ut (*Verg. Aen. IX 244*) 'uidimus obscuris primam sub uallibus urbem'.

823 **25** 1 CONFVGERE ANHELANTEM DOMVM S. C. V. P. ex his argumentis potest colligi hunc esse, qui uirginem uitiauerit. 2 CONFVGERE ANHELANTEM uide signa coniecturalia: quod c o n f u g e r e uidit, timebat; quod a n h e l a n t e m, colluctatus fuerat; quod d o m u m, celare uolebat; quod s i n e c o m i t e, pudendum fuerat facinus; quod u i n i p l e n u m, temerarium; quod a n u l u m h a b e b a t, raptum indicabat. his igitur indiciis uirginem apparet uitiatam.

824 **26** MI PAMPHILE INQVAM AMABO haec blandimenta sunt muliebria.

825 **27** 1 QVID EXANIMATVS AVT VNDE ANVLVM principalia signa uitii illati: perturbatio et anulus. 2 QVID EXANIMATVS AVT VNDE breuitati consulit Terentius, nam in Graeca haec aguntur, non narrantur.

826 **28** 1 ILLE ALIAS RES AGERE SE SIMVLARE fingere, †quod pro uero falsum credere. 2 ILLE ALIAS RES AGERE SE SIMVLARE id est alias res agentem se fingere: pudebat enim amicae de alterius stupro fateri, et ei amicae, quam tum deperibat.

827 **29** NESCIO QVID SVSPICARIER MAGIS COEPI pro 'aliquid'.

2 restituam reddo ⟨et⟩ exolui *C* ‖ 3 menses decem *om. C* ‖ 4 dixit ⟨et⟩ *V* | peperisset *W.*: peperisse *C*, (*add.* demonstret) *V* ‖ 5 primore *L*, prima · re *C*, primate *D*, prima hora *V* ‖ 7 DOMVM — ANHELANTEM *om. C* ‖ 11 colluctatus *L*, collocatus *CV* | celari *Steph.* ‖ 13 raptum *Schrevel*: partum *codd.* ‖ 14 his igitur *W.*: uis (*C*, uides *D*, ut uides *VL*) igitur his *codd.* | ⟨ut⟩ uirginem *D*, *ed. pr.* ‖ 17 ⟨es⟩ exanimatus *V* ‖ 18 perturbatio *Steph.*: -ti *codd.* | et — breuitati *om. C* ‖ 19 consuluit *V* | 20 non *om. C* ‖ 21 se se simulare *C*, s · s · s · *V* ‖ 22 quod ... credere (-ret *V*) *codd.*; quo ... crederem *Schoell* ‖ 23 SE — alias *W.*: id est simulantem (-te *C*) alias (-que *add. V*) *codd.* ‖ 26 suspicari & magis cepi *C*, *om. V*

828 **30** 1 HOMO SE FATETVR bene additum 'homo'. 2 *Et* narratorie 'nescio quam', ex quo dicto omnis error natus est; nam appone nomen et nulla fabula est. 3 NESCIO QVAM uel quia uere nesciebat uel quia sic dicendum fuit, ne amare illam uideretur.

833 **35** HAEC TOT PROPTER ME GAVDIA conclusit narratione fabulam more suo, ne haec in actu futuro exspectaremus.

834 **36** 1 ETSI HOC MERETRICES ALIAE NOLVNT color necessarius a uerisimili: scit enim se alibi dixisse (*Eun. prol. 37*) 'bonas matronas facere, meretrices malas'.

837 **39** EGO DVM ILLO LICITVM an meruerit Pamphilus.

834 **36** 2 NEQVE ENIM EST IN REM NOSTRAM in utilitatem, id est pro commodo.

838 **40** 1 INCOMMODE MIHI NVPTIIS EVENIT sic dixit, quemadmodum dicimus 'male ei euenit' aut 'bene ei contigit'. 2 NVPTIIS deest 'ex', ut sit ex nuptiis. 3 INCOMMODE MIHI NVPTIIS *ὑποφορά.* et est ordo: incommode mihi euenit ex nuptiis. 4 *Et* 'incommode' pro 'incommodo'. 5 FACTVM FATEOR *ἀνθυποφορά.*

839 **41** NE ID MERITO MIHI EVENIRET ergo haec dolemus, quae merito contingant.

840 **42** 1 MVLTA EX QVO FVERINT COMMODA EIVS ratio, cur noue omnia fiant et contra officium meretricis. 2 MVLTA EX QVO FVERINT COMMODA EIVS INCOMMODA AEQVVM EST FERRE hoc eo tractu uocis et ea aequanimitate dicendum, qua leno in Adelphis (*II 1, 52—53*)

1 HOMO] hoc *C* ‖ 2 oratorie *Steph.*, nugat- *vel* ueterat- *Schoell* | ex quo dicto *Steph.*: expraedicto *V*, expedito *C* | est natus *V* ‖ 3 nomen] tamen *V* | ulla *C* ‖ 4 quia *1.*] quae *C* | nesciebam *ut vid. C* ‖ 5 uideatur *C* ‖ 6 tota *C* | narrationem fabulae *codd.*, *corr. Scheidemantel* ‖ 7 futura *V* ‖ 9 a] ac *V* | uerisimili *D*, -le *rell.* | sciet se enim *C* ‖ 10 malas ⟨meminit⟩ *C* (*dett.*) ‖ 11 ergo *V* | DVM] de *CV* ‖ 15 aut] et *V* ‖ 17 mihi ⟨euenit⟩ *C* | *υποφαρα V*, **** *C* ‖ 18 incommodis *1. C* | incommodo *2. L*, -de *C*, -dr *V* ‖ 19 *ἀνθυπόφαρα V*, ***** *C* ‖ 20 NE] hem *codd.* | euenerit *V*, euenit *C* ‖ 21 merito *Steph.*: rite *codd.* ‖ 22 QVO *om. V*; *sic et infra* ‖ 24 INCOMMODA — EST] commoda certum est *C* ‖ 26 dicendum ⟨est⟩ *C* | qua leno *W.*: quale non *C*, qualem *V*

'quando eum quaestum occeperis, accipienda et mussitanda iniuria est adulescentium'.

---

4.

841 **1** VIDE MI PARMENO ETIAM SODES VT MIHI HAEC bene hoc praecepit: uerum est enim, ut quod misere cupimus, idem tardius credamus effectum. sic et in Heautontimorumeno (*Ad. IV 5, 64; cf. Heaut. I 2, 23 sq.*) 'eo uereor magis'.

844 **4** MANE DVM 'dum' abundat.

845 **5** SIC TE DIXISSE OPINOR miro affectu inducitur uix adduci ad credendum quod gaudet Pamphilus.

847 **7** ITA INQVAM quasi iam lassatus dicit.

848 **8** QVIS ME EST FORTVNATIOR ⟨VENVSTATISQVE ADEO PLENIOR⟩ ob beneficia Veneris, ut contra inuenustus, cui contra reciderit, quod amat.

849 **9** QVID DONEM ⟨QVID⟩ QVID NESCIO μελλησμός, ut (*Verg. Aen. VI 533*) 'an monitu diuum? an quae te fortuna f.?'

851 **11** 1 NAM NEQVE IN NVNTIO magis scire uult quam munus accipere. 2 NAM NEQVE IN NVNTIO NEQVE IN ME IPSO TIBI BONI QVID SIT SCIO facete agit Terentius, ⟨ut⟩, quanto magis Parmeno curiosus est, tanto magis nesciat illa quae cupit.

856 **16** 1 O BACCHIS O MEA BACCHIS SERVATRIX bene additum 'seruatrix'. 2 *Et* 'mea' supra quod dixit ama-

1 acceperis *C* ‖ 2 est iniuria *V* (*dett.*) | adolescentis *C* ‖ 3 MI *om. V* | ut mihi hoc *C*, *om. V* ‖ 4 praecepit *W.*: recepit *C*, repetit ⟨*****⟩ *V* | ut *om. C* ‖ 5 id est *C* | et *om. V* ‖ 10 iam lassatus dicit *Westerh.*: iam late (late iam *V*) passus diu *codd.*; *videtur fuisse sscr.* l at c̄, *hinc* late *vario loco insertum*; *v. etiam append.* ‖ 11 est me *V* | ob] ad *V* ‖ 12 ut *Schoell*: cui *codd.* | contrarium *Steph.* ‖ 13 cui contra reciderit *in ras.* $V^2$; ceciderit *Westerh.* ‖ 14 μήλησμοσ *V*, ***** *C* ‖ 15 at monitu (adm- *V*) diu namque (diuinamque *V*) te fortuna ſ · f · (ſ · ſ · *C*) *codd.* ‖ 17 quam *Steph.*: ut quod *codd.* ‖ 18 minus *CV* ‖ 19 TIBI BONI] b · t · *V* | SIT *om. C* | ait *C* | ut *add. W.* ‖ 20 sciat *C* ‖ 22 ⟨octasis⟩ o bacchis *C* | bene additum] ***** *V* ‖ 23 Et *Steph.*: ut *C*, ut ⟨mea⟩ *V* | me *C* | quod supra *Steph.*

toris est. 3 FACTIS VT CREDAM FACIS difficile enim erat credere his rebus gaudere meretricem.

859 19 1 VOLVPTATI OBITVS 'obitus' occursus: 'ob' enim significat ad. *ergo 'obitus' aditus.* 2 Legitur et 'uoluntate obitus'. 3 OBITVS SERMO ADVENTVS TVVS inter obitum ⟨et aduentum hoc interest, quod obitus est⟩, quem casus offert, aduentus, quem uoluntas et destinatus locus.

862 22 TVN MIHI ISTVC quia blandimentum magis meretricium est.

863 23 1 NVMQVAM ANTE HVNC DIEM MEIS OCVLIS EAM QVOD NOSSEM VIDERAM hoc est: numquam sic uideram, ut eam nossem. 2 QVOD NOSSEM quod meminissem, quod scirem, ac per hoc: numquam uideram, ut alibi (*Ad. IV 5, 7*) 'non equidem istas, quod sciam'.

864 24 DIC VERVM bene instanter ex meretrice quaerit, quid de forma uxoris sentiat: scit enim hanc iudicem esse pulchritudinis posse, uel quod femina uel quod aemula.

865 25 NVMQVID num aliquid. acue ergo 'quid'.

866 26 1 ADEO MVTTITO uel tenui dicto. 2 NON FIERI HOC ITIDEM VT IN COMOEDIIS mire, quasi haec comoedia non sit sed ueritas. 3 Aut deest 'aliis'. 4 VT IN COMOEDIIS deest 'fit'.

867 27 1 OMNIA OMNES VBI RESCISCVNT in fine enim comoediae nihil cuiquam celari solet. 2 HIC QVOS PAR FVERAT 'hic' in hac comoedia. 3 An: in hac re?

1 est *om. V* | VT CREDAM] palam *V* ‖ 3 VOLVPTATI OBITVS *om. V* ‖ 4 ad *L*, *om. CV*; contra *D* ‖ 5 obitus . OBITVS] abitus abitus *C* | inter — locus] * * * * * * * *V* ‖ 6 et aduentum — obitus est *add. Steph.* (*ex codice suo?*) ‖ 7 offert ⟨et⟩ *C*, affert *D* ‖ 9 tum *V* | meretricum *C* ‖ 10 est *om. V* ‖ 11 NVMQVAM — 12 ut] *lac. in V* (*L*) ‖ 13 scirem *ed. pr.*: scire *D*, sororem *rell.* ‖ 15 istac *CV*, -uc *dett.* | quod sciam *om. C* ‖ 17 esse iudicem *V* ‖ 18 posse — NVM *om. C* ‖ 19 Nunc quid *V* | nunc aliquid *V*, *om. C* | acue *W.*: acuere *CV*; acuendum *D* | ergo *om. C* ‖ 20 mutito *V*, mittito *C* ‖ 21 ITIDEM] inde *C* ‖ 22 aliis — deest *om. C* ‖ 23 sit *C* ‖ 25 celare *C* | PAR FVERAT *om. V*

4 Resciscere est recognoscere et uix inuenire, quod quis nescierit.

*868* **28** 1 NEQVE RESCISCENT NEQVE SCIENT resciscunt ad quos pertinet. 2 *Et* resciscunt quae nesciunt, sciunt quae neglegunt. 3 *Et* resciscimus ex alio, scimus etiam per nostram opinationem.

*873* **33** ERE LICETNE SCIRE EX TE ridicule instat scire ignoraturus Parmeno.

*875* **35** 1 EGO HVNC AB ORCO MORTVVM uerba sunt cogitantis ʻego hunc ab orco mortuum'?; ideo et ἐλλειπτικῶς loquitur. 2 NESCIS PARMENO addit stimulos curiositati eius.

*877* **37** IMMO VERO SCIO NEQVE IMPRVDENS FECI recte: perit enim beneficii meritum, si ab imprudente praestitum uideatur.

*878* **38** 1 AN TEMERE QVICQVAM PARMENONEM PRAETEREAT quod interdum [non] temere praetereat, quod habet faciendi necessitatem. 2 TEMERE QVICQVAM PARMENO sibi ipsi hoc dicit et se nominat, ut (*Verg. Aen. II 549*) ʻdegeneremque Neoptolomum n. m.' et (*Phorm. V 9, 38*) ʻage nunc, Phormionem qui uolet lacessito'. 3 TEMERE QVICQVAM utrum hoc dicit: non temere neque per imprudentiam geritur, quicquid utile est? an hoc dicit: nihil potest transire temere, quod utile factu est, quin gratiam sui habeat? an ⟨hoc dicit: an⟩ quicquam Pamphilus praetereat temere ita, ut non remuneret bonum factum Parmenonis, quod sibi utile fuerit? 4 Conuenit hoc dictum abeunti meretrici.

1 rescire *V* ‖ 3 rescissent *C* | neque reticent *C*, n · r · *V* | ad — 4 Et *om. C* ‖ 4 quae — sciunt] quae nesciunt *D*, que resciunt *C*, quaerunt sciunt *VL* ‖ 5 et rescimus *C* ‖ 6 opinionem *V* (*dett.*) ‖ 7 EX TE *om. V* ‖ 8 ignoratur *C*, -tur ut *V* (*dett.*); *corr. Steph.* ‖ 9 sunt *om. C* ‖ 10 ego — mortuum *om. VL* | et] te *C* | ἐλλειπτικῶς *Steph.*: ἐμιτίτικωσ *V*, **** *C* ‖ 12 scio ⟨inquit⟩ *C* ‖ 13 perit enim *Schoell*: per me *C*, perire enim *V* | beneficium *codd.*, *corr. ed. pr.* ‖ 15 AN *om. C* | quicquid *C* | parem *C*, p · *V* | praeterea *C*, propt- *V* ‖ 16 non *secl. Westerh.* | praeterea *C* ‖ 17 parmenonem *D*, p · *V* | ipse *C* ‖ 18 dicit] dū *C* ‖ 19 et *om. C* ‖ 20 lacessito uolebat *C* ‖ 21 dicit] de *C* ‖ 22 utile] * * * *C* ‖ 23 factum *codd.* ‖ 24 habet *C* | hoc dicit an *add. Steph.* ‖ 25 ita *om. C*

880 **40** 1 FECI IMPRVDENS QVAM SCIENS A. H. quia non conuenit seruo scientem recte facere, bene addidit imprudenti sibi euenisse, ut bene faceret, quod prudens numquam fecerit. 2 IMPRVDENS QVAM SCIENS ἀντίθετον secundum, nam imprudenti scientem reddit, non prudentem.

1 QVAM SCIENS *om.* *CVL* | A. H. — IMPRVDENS *om.* *C* ‖ 4 IMPRVDENS *om.* *V* | insciens *C* | ἀντίθετον (*ντιθ in ras.*) *V*, **** *C* ‖ 5 prudenti *C* | non prudentem *in ras.* *V*, inprudentem *C*

---